
GAUDEO.
John Carter Brown.

[illegible]

I. N. D.

DE

PRAESTANTIA COLONIAE GEORGICO-ANGLICANAE PRAE COLONIIS ALIIS

DEO BENIGNE OPEM FERENTE
ILLVSTRI SPLENDIDISSIMOQVE
SCHOLARCHARVM A. C. COLLEGIO
GRATIOSE ADPROBANTE
a. d. XVIII. SEPTEMBRIS A. R. S. MDCCXXXXVII.
HORIS ANTEMERIDIANIS
IN ACROATERIO BIBLIOTHECAE PVBLICO

PRAESIDE
M. GOTTFRIDO HECKINGIO
GYMNASII ANNAEANI RECTORE
BIBLIOTHECARIO PVBLICO
ET SOCIETATIS LATINAE QVAE IENAE FLORET
COLLEGA HONORARIO
PRAECEPTORE SVO ET FAVTORE
OMNI QVA PAR EST PIETATE PROSEQVENDO
IN PVBLICO ERVDITORVM CONVENTV
DISSERET
POSTEA VERO GYMNASIO PATRIAEQVE
CARMINE VERNACVLO VALEDICET
A. ET R.
IOANNES AVGVSTVS VRLSPERGERVS
AVGVSTANVS.

AVGVSTAE VINDEL. LITTERIS BRINHAVSERIANIS.

24.



EXIMIAE INDOLIS MAGNAEQVE SPEI
IVVENI
IOANNI AVGVSTO VRLSPERGERO
S. P. D.

PRAESES.

QVatuor abiere anni, ſuauiſſime VRLSPERGERE, ex quo meae commiſſus es fidei & dexteritati. Committebat ſumme reuerendus PARENS Tuus; qui cum tenerrimo Te a teneris amplexus fuerit amore: diligentiſſimam nauauit operam, vt recte educaretur Tua indoles, & capeſſendis virtutibus clariſſimaeque cuiuis arti mature ac diligenter praepararetur. Non neſcius, a prima aetatis formatione omnem ſecuturorum annorum ſpem capiendam eſſe. Committebat autem curae meae, vt in illis diſciplinis magis poliretur animus Tuus, quae neceſſariae iis ſunt, qui ad ſolidam eruditionem impigre & recto tramite contendunt. Egregiis Te exornauit animi dotibus diuina benignitas. Cum itaque meae traditus eſſes diſciplinae: inſignis in Te ardor deprehendebatur, proficiendi in litteris humanioribus, & ceteris, quae ſcholarum eſſe debent, ſtudiis. Et tantus quidem erat ardor iſte, vt, cum per integrum illud, quo ſapientiae praecepta ex ore meo hauriebas, temporis ſpatium, per varii generis exercitia probares mihi ſedulitatem Tuam, hocque indefeſſo diſcendi ardore, cui morum iungebas ſuauitatem, ſingularem Tibi INDVLGENTISSIMORVM Gymnaſii noſtri PRAEFECTORVM, quos Deus, omni bonorum genere largiter cumulatos, diutiſſime adhuc ſeruet! conciliares fauorem: publico tandem, quod

iam

iam edit diligentia Tua, ſpecimine commonſtrare poſſis aequo beneuoloque Lectori, quantum profeceris in his ſtudiis. Sed &, cum experiendo edoceamur quotidie, quantum offenſae diſcriminisque aetas iuuenilis habeat, quam lubricum adoleſcentiae iter ſit, quamque procliue in lapſum, & quod plures, qui hodie litteris ſe dederunt, non ſatis intelligentes ſaeculi mores, deceptique vaniſſimarum opinionum ludibriis, vmbras rerum & inania ſectentur, neglecta veritate: Tu, praeteruectus hos ſcopulos, ſectatus es, diuina adiuuante gratia, quae ſunt in diſciplinis veriſſima maximeque bona, & ſolida rerum, Tibi aliquando aliisque multum profuturarum, cognitione animum Tuum imbuere adlaboraſti. Gratulor toto pectore ſumme venerabili PARENTI Tuo de tam praeclarae ſpei filio: quem ſenectutis ſuae, quam vegetam viridemque, vniuerſae eccleſiae bono, IPSI indulgebit caeleſtis clementia, dulce futurum ſolatium prorſus confido. Abibis iam, in Almam EBERHARDINAM, tanquam in nouam coloniam migraturus, ibique ſanctioris diſciplinae ſtudio operam nauaturus. Non docere alios poteſt, quae non ipſe quis didicerit ante; quare, ſeu confirmanda veritas ſit, ſeu refellenda & conſtringenda falſitas: neceſſe eſt, vt litteris ante impleueris animum, ſine quarum praeſidio neutrum recte expediri poteſt. Iam innocentia vitae morumque maxime opus, vt confirmes exemplo, quae dicto ante docueris. Haec duo cum ſeparanda non ſint: dabis operam, vt, ſacro muneri deſtinatus, vitae iuxta ac eruditionis curam habeas; eidemque admotus aliquando, docendo & agendo euidens praebeas exemplum, in quod, tanquam ſpeculum, intuentes, auertantur a turpibus dictis factisque, qui Tuae curae committentur. Quod vt feliciter fiat, vtque, quod ominor, rei ſacrae & litterariae plurima aliquando, eaque eximia commoda praeſtes: quantamcunque precibus ac votis impetrare a Deo poſſumus gratiam, vberrimam largiſſimamque Tibi ex animo adprecor. Vale. Scrib. in Gymn. a. d. VII. Sept.

A. C. MDCCXXXXVII.



PRAEFATIO.



Xhibetur tibi, Lector Beneuole, opuſculum, quod aequo animo perlegere, quam acuto aſperoque iudicio perſtringere malis. Imperfectum enim eſſe, nec ita expolitum, vti res ipſa poſcit, facile largior. Praecipue nimis arctos harum pagellarum limites adcuſo, quod multa vel plane omittere coactus fuerim, vel neutiquam ex ſententia atque ita, vti res ipſa poſtulat, perſequi potuerim. Quamobrem breuiſſime



hic indicabo, quibus nixus teſtimoniis tantam praeſtantiam adtribuere Georgiae non dubitauerim. Habeo teſtes oculatos, * habeo auritos, qui, quae vel ipſi, vel alii ab oculatis acceperant, memoriae prodiderunt, quorum adeo fides minime eſt ſuble-ſta. Vtrumque genus ſcriptorum ** ita eſt comparatum,

* Quorſum referas Virum Generoſiſſimum PHILIPPVM GEORGIVM FRIDERICVM DE REK, qui bis hanc coloniam intrauit, atque deſcriptionem ſatis prolixam de ea nobis dedit; deinde etiam Viros admodum Reuerendos, IOANNEM MARTINVM BOLZIVM, &, qui ad caelites euolauit, ISRAELEM CHRISTIANVM GRONAV.

** Sex potiſſimum commentarios in deſcribenda Georgia ſecutus ſum. Primus inſcriptus eſt, SAMVEL VRLSPERGERS ausführliche Nachrichten Salzburgiſcher Emigranten in America. Secundus, das Britiſche Reich in America, überſetzt durch THEODOR ARNOLD. Tertius, D. WILHELM BREST Predigt vor den Hochanſehnlichen Herren TRVSTEES bey ihrer iährlichen Zuſammenkunft gehalten 1741 - 2. d. 18. Martii; Quartus, D. RIDLEY Predigt vor den Hochverordneten Herren TRVSTEES abgelegt 1745 - 6. d. 20. Martii; Quintus, neueſte und richtigſte Nachricht von der Landſchafft Georgia, darinnen die Original Berichte enthalten ſind, welche die Königlichen Commiſſarien über die Beſchaffenheit dieſer Landſchafft eingeſchicket haben: durchaus mit Anmerkungen, die der Uberſetzer bey ſeinem vieliährigen Aufenthalt in America angeſtellet, begleitet von I. M. K. Sextus denique, allerneueſte Beſchreibung der Prouinz Carolina in Weſtindien, ſamt einem Reiſe-Iournal von mehr als tauſend Meilen unter allerhand Indianiſchen Nationen, aus dem Engliſchen überſetzt durch M. Viſcher. Autor illius libri fuit in Carolinam profectus A. CIↃIↃCC. quo tempore nondum erat Georgia condita, ſed cum Carolina adhuc coniuncta. Qui cum plus millia milliarium itinere per Americam emenſus eſſet: in eam quoque Carolinae partem venit, cui iam Georgiae nomen eſt; id quod ex tabula Geographica, quam excudi curauit, ſatis luculenter adparet.



ratum, vt cum eorum perſpicacia & ſinceritas in dubium vocari nequeat; tum vero etiam omnis abſit ſuſpicio priuati commodi, dum laudibus hanc ornant coloniam. Addo & illud ipſum, quod iis omnibus mirifice de rebus Georgianis ſecum conueniat, etſi diuerſis locis ſcripſerint, & temporibus: id quod haud parum ad hiſtoricam alicuius coloniae fidem facit firmandam. Ea, quae de Georgia dixi, ſcriptoribus genere Anglis potiſſimum accepta debeo: quorum quippe certiſſima de hac colonia ſunt indicia. Namque haud pauci ex hac gente quotannis in hanc proficiſcuntur coloniam, qui de ſtatu illius Anglos reddunt certiores.* Sed mitto hos,

* Probe hic notanda regula a Viro ſumme Reuerendo SIG. IAC. BAVMGARTENIO data de qua vid. allgem. Welthiſt. T. I. Vorrede p. 15. & 16. Wie niemand mit ganz ungegründeten Verdacht zu belegen iſt: ſo würde es unverantwortlich ſeyn, Geſchicht-Schreiber von öffentlich bekanndter Redlichkeit und Tugend ohne den geringſten erweiſslichen Grund eines Mangels der Aufrichtigkeit zu beſchuldigen, oder verdächtig zu halten. Hat ein Geſchicht-Schreiber deutliche Proben der Aufrichtigkeit ſelbſt in nachtheiligen und gefährlichen Fällen abgelegt: ſo iſt ihm dergleichen auch in andern Fällen billig zuzutrauen, und das Gegentheil, ohne deutlichen Beweis von demſelben nicht zu vermuthen; und iſt beſonders der Verdacht des Mangels der Aufrichtigkeit ungegründet, wenn jemand von ſolchen Begebenheiten, zu ſolchen Zeiten und an ſolchen Orten geſchrieben, wo er unmöglich ohne Unausbleiblichkeit auf der Unwarheit entdecket zu werden, und ohne unbeantwortlichen Widerſpruch, auch unvermeidliche Gefahr lügen können, und ſolches nothwendig vor-



hos, cum omni exceptione maius ſit illud teſtimonium, quod coram publico huius coloniae Senatu, qui in vrbe ſedet Sauannah, firmatum iure iurando eſt.


Nihil magis in votis iam optatisque habeo, quam vt Beneuolus Lector iuuenilem hunc conatum, ad quem venerandus meus PRAESES, quem Deus O. M. diu ſuperſtitem eſſe atque incolumem velit! ſua me cohortatione incitauit, aequi bonique conſulat, &, ſicubi lapſus ero, ſua me beneuolentia ſubleuet, & in poſterum quoque meis commodet ſtudiis.

vorher ſehen müſſen. Quae omnia ad comprobandam fidem munimentorum, quae ſcriptores coloniae Georgienſis nobis dederunt, cum primis faciunt.



§. I.





§. I.



ANImus cum mihi sit de coloniis pauca disputandi: e re mihi visum est, primum eius vocis vim potestatemque explicare. Denotat autem mihi colonia quamlibet regionem, nouis incolis frequentatam. Ita inter antiquas gentes in vrbes quoque vicinas, * vi armorum oppugnatas, colonos misere Romani. Nostris vero temporibus gloriosissimae memoriae FRIDERICVS WILHELMVS, Borussiae rex, Salisburgensium, ** e patria ob confessionem religionis euangelicae eiectorum, ingentem multitudinem in regni sui partes, tum temporis ab hominibus infrequentes, deducendam curauit: itaque in coloniam misit Salisburgenses. *Georgia* *** itidem anglicana, septentrionalis Americae regio, coloniae nomine venit. Hanc enim ab Anglis repertam vt plurimum incultam, * cum de eius fertilitate ** certiores facti essent, in anglicanam coloniam versam fuisse constat.

---

* Conf. LIVIVS lib. IV. c. XLVII. & lib. VIII. c. XVI.

** De emigratione Salisburgensium, eorumque itinere in Borussiam egregie scripsit in duobus tomis GERHARD GOTTLIEB GVNTHER GOECKING in der *Emigrations-Historie*.

*** Nostra igitur colonia ab asiatica illa distinguenda est Georgia, quam inter nigrum & caspicum mare positam esse constat.

* Georgia est pars Carolinae ad meridiem vergens. Carolina vero ab Anglis fuit culta anno cIↃIↃcLXIII. regnante CAROLO II. Angliae rege. Ad nostra propemodum vsque tempora possessores huius coloniae, regia praediti auctoritate, regimen ipsi gesserunt; vsque dum eius pertaesi, propter bella cum Indis gesta, ius suum pro definita pecuniae summa GEORGIO II. regi anno cIↃIↃccXXIX. concederent, qui deinde Carolina in anglicam prouinciam mutata, meridionali Carolinae parti, nondum cultae, nouum nomen dedit Georgiae. De quibus omnibus conf. THEODORI ARNOLDI versio anglicani cuiusdam commentarii sub titulo *das Britische Reich in America t. I. p. 574. & reliquis.*

** Vid. *Allerneueste Nachricht von Georgien p. 48.*



§. II.

Quod ſi antiquas colonias a Graecis, Tyriis, Romanis Germanisque * veteribus conditas; ſi praeterea hodiernas ab Anglis, Batauis, Hiſpanis, Luſitanis multisque aliis conſtitutas ſis conſideraturus: magnum certe coloniarum numerum eſſe experieris. De vniuerſis igitur coloniis ſigillatim mihi ſi diſſerendum eſſet; qui tamen animo praecepi, de praeſtantia ſolius coloniae Georgico-Anglicanae agere: amplius ſane, quam quod vel vires emetiri, vel arctiores harum paginarum limites paterentur, decurrendum foret ſpatium. Quare, vt mei tamen inſtituti partes expleam: alii inſiſtam viae, multo & breuiori & faciliori. Primum ingenii mei neruos in cauſſas, quare & antiquis & noſtris temporibus conditae fuerint coloniae, inueſtigandas intendam; ſimulque, omnes eas rationes, ob quas vnquam coloniae fuerint conſtitutae, in Georgiam conuenire oſtendam; poſt ea vero conſtitutionem huius coloniae eiusque adminiſtrationem breuiter examinaturus, illam eatenus aliis coloniis antecellere, quantum potero, clariſſime commonſtrabo. Antequam vero de hac re diſſerere ordiar: in primam coloniarum originem breuiſſime inquirere in rem meam eſſe duco.

§. III.

Quae de coloniis, ante illud tempus conditis, quo, praeter octo, omnes aqua homines fuerunt deleti, dici poſſent, iam omittimus, eo quod accuratam de illa re notitiam plane nullam habemus. Colonias vero aliorſum miſſas eſſe ex eo conſtat, quod omnes ** terrae partes ab hominibus cultas fuiſſe, & temporis a condito mundo ad diluuium vsque diuturnitas, & longaeua hominum vita, numeroſaque proles arguere atque euincere videntur. Sed poſt diluuium accuratior de earum origine deſcriptio nobis a ſpiritu ſancto data eſt. Ex ſacris enim litteris conſtat, *** quod vel nondum finito vno poſt diluuium ſaeculo, vel

ſaltem

* Videatur NIC. HIER. GVNDLINGS *Diſcours über die jezigen Staaten von Europen. t. II. cap. VI. p. 3.*

** Conf. viri ſumme reuerendi SIG. IAC. BAVMGARTENII Ueberſezung der *allgemeinen Welthiſtorie T. I. p.* 223 §. 238. qui rationem ſubducere ſtuduit, homines ante diluuium ſequentem numerum impleuiſſe 223803028752.

*** Magnum hic ſententiarum diuortium eſt, quo anno diſceſſio hominum initium ceperit. Nonnulli illam referunt in primum annum natiuitatis *Pelegi*, quia hanc ob cauſſam id nominis, quod diuiſionem indicat, ei inditum fuiſſe, aſſerunt, in partes ſuas vocato oraculo, quod extat *Gen. X.* 25.

Incidit

ſaltem haud multo poſt, iam in multas regiones exierint coloni, qui deinde vrbium, rerum publicarum, regnorumque fundamenta poſuerint.

§. IV.

Ille mos colonias emittendi apud omnes deinde gentes obtinuit. Conſtat Tyrios, Graecos, Carthaginenſes, Romanos, noſtrosque Germanos ablegaſſe colonos. Anguſtum harum paginarum, contentioni litterariae deſtinatarum, non permittit ſpatium, vt hic, quas leges vnusquisque illorum populorum de condendis coloniis tulerit, quosque obſeruauerint ritus, prolixius commemoremus. In finem conſtituendarum ſolummodo coloniarum, vt ea, quae loco ſuperiore diximus, iam perficiamus, accuratius inquiremus. Quem enim fugit, maximum fere in omni actione momentum eſſe finem? Ille vt plurimum indicat, ſitne actio bona an mala, prudenter vel imprudenter ſuſcepta, laudanda vel vituperanda? Omnibus igitur probe perpenſis, quam ob rem condantur coloniae, quatuor principes inueni cauſſas: remotionem ſcilicet eorum, qui regno plus incommodi quam commodi adferunt; porro fertilitatem illius terrae, quam petunt coloni; commercia, quae a coloniis magnum incrementum capiunt; regnique vel coloniarum, ad regnum pertinentium, ex ipſa noua colonia defenſionem. Principem vero eam dicimus cauſſam, quae non ad priuata, ſed publica alicuius regni ſpectat commoda. Notum porro eſt, facta inter res eiusdem ſpeciei comparatione, perfectiſſimam eam dici, quae vel plura reliquis bona, vel ea ſaltem ſimul complectitur, quibus aliae non niſi ſigillatim ſunt dotatae. Quod ſi igitur ſolidis argumentis adſtruxero, omnes eas cauſſas, ob quas ſingulas * vnaquaeque fuit condita colonia, in vnam

Incidit autem illud tempus ſecundum chronologiam hebraici codicis, a quo recedere nefas duco, in annum CI. poſt diluuium: de quo videnda IAC. PERIZONII *origo babylonica.* Alii dicunt *Pelegum* a diuiſione phyſica & geographica hoc nomen accepiſſe, nempe quod tempore natiuitatis ſuae variae regiones in partes per maria diſciſſae fuerint, cum PELEG ſignificet riuum, ex quo deinde Graecorum πέλαγος ortum fuerit; paulatim vero poſt diluuium diuiſione genealogica diſperſos fuiſſe homines: qua de re conf. ſumme reuerendi deque chronologia ſacra perquam meritiſſimi viri IO. ALB. BENGELII *ordo temporum.* Alii volunt Sinam eſſe antiquiſſimum regnum, ipſumque *Noachum* eſſe Sinenſium auctorem, quem ſub nomine FOHI hucusque venerentur: quam vero ſententiam ſolide refutauit vir plurimum reuerendus atque celeberrimus IAC. BRVCKERVS *in hiſtoria critica philoſophiae T. IV. parte altera p.* 851.

* Senſus horum verborum hic eſt: vnaquaeque colonia habet rationem principalem, quare condita fuerit. Omnium coloniarum ſi rationes inueſtigo, quatuor earum inuenio principales. Sed nec

vna

Georgiam conuenire, eamque ratione conſtitutionis ipſius compluribus bonis, quibus aliae careant, praeditam eſſe; perfectiſſimam eſſe Georgiam aliasque antecellere, qui iure neget, eſſe credo neminem.

§. V.

Inter palmarias igitur cauſſas, quare conſtituantur coloniae, primum locum obtinet eorum, qui regno detrimento magis quam emolumento ſunt, remotio. Homines vero & ob morales & ob naturales cauſſas regno oneri eſſe queunt. Ad naturales maxime pertinet, ſi populi numerus ita invaluerit, vt ad alendos eos terra non ſatis proferre fructuum poſſit. Sic ATYS *, *Lydiae* rex, regno ingenti fame preſſo, omnes ditioni ſuae ſubiectos in aequales partes diſtribuit, hoc conſilio, vt forte ducti, duce filio TYRRHENO, aliam regionem peterent & colerent. Quo facto illi deinde *Vmbriam*, noſtris temporibus Toſcaniam dictam, petiuere, ibique a duce ſuo *Tyrrheni* vocati ſunt. Haud longe diſpar ratio Romanos ** Germanosque veteres impulit, vt, nimis quantum aucto eorum numero, colonias in exteras vel vicinas terras mitterent. Neque profecto a ratione abluſit eorum conſilium. Ita enim non ſolum incolis in regno relictis, vnde ſe alerent, ſatis erat; ſed & egreſſi, terram, antea incultam, labore atque induſtria ita ſubegerunt, vt diligentiae prouentus reſponderit. Inter morales vero cauſſas, ob quas homines regno incommodum adferunt, otium praecipue referendum eſſe cenſeo. Quo maior vero in regno aliquo hominum eſt multitudo: eo maior etiam otioſorum, fruges conſumere natorum, in illo eſt frequentia. Duplex vero otioſorum eſt genus: aliis, vtvt velint, deeſt occaſio victum parandi; nonnulli vel rapto viuere, vel vitae alimenta oſtiatim petere adſueti ſunt. Quanta mala omnibus rebus publicis ab illis hominibus, noſtris praecipue temporibus, inferantur,

vna colonia, ſi a Georgia receſſeris, eas omnes ſibi ſimul adtribuere poteſt. Alia enim habet tres, alia duas, nonnullae vnam modo cauſſam primariam, quare conditas eas eſſe conſtat. Vni Georgiae quatuor illae ſingulari modo ſunt propriae.

* Vid. *Allgemeine Welthiſtorie IV. Theil p. 630. §. 827.*

** Scite ſcribit de coloniis Romanis CAR. ROLLINVS in *praefatione ad I. tom. hiſt. rom.* vbi inter alia haec verba extant: *la multitude de citoiens, qui croiſſoit tous les jours a Rome, avec le nouvelles conquêtes, pouvoit lui être à charge: les colonies obvierent a cet inconvenient, & le convertirent en un des plus grands avantages, & des plus fermes appuis de l'empire. Elles produiſſoient deux effets admirables: l'un, de decharger la ville d'un grand nombre de citoiens, & la plus part pauvres; l'autre, de garder les poſtes principaux, & d'accoutumer peu a peu les etrangers aux mœurs Romaines.*

tur, nemo non videt. Quodnam vero remedium huic malo adhiberi praestantius potest, quam vt istius modi homines in colonias mittantur? Illis enim, quibus victum necessarium parandi deest occasio, in coloniis praebetur, dato iis ad colendum agro, vnde panem sumant, & obsonium habeant. Qui vero vel furtiuo, vel mendicato pascuntur cibo, postquam vt serui in coloniam immissi sunt, vi legum poenarumque ad laborem adigi quam optime possunt. Et ita illi homines, vnde detrimentum res publica cepit, ad eius commoda non parum conferre queunt. Sed aliud adhuc superest hominum genus, quod in re publica vel regno, in quo degunt, multas lites excitare potest: idque eorum est, qui nouarum sunt rerum studiosi. Multiplici vero modo hoc suum nouitatis studium prodere queunt; partim, si falsa quaedam placita, cum puriori cultu religioso minime conuenientia, acerrime defendere non dubitant; partim, si ad magnos honores, ambitione inducti, adspirant; partim, si dissociati sunt animi, aliis has, aliis illas partes sequentibus. Contra omnes huius modi homines optimum esse remedium colonias adfirmo. Quem enim, vt ex historia anglicana exemplum adferam, latet, a *Tremulis*,* vt vocant, duce PENNIO, *Pensyluaniam* fuisse frequentatam? Pari modo Virginia ** & Barbados *** illis, quos propter anglicanum statum politicum fortunae taeduit suae, colonos suos debet acceptos. Pulsis enim fugatisque, qui pro CAROLO I. Angliae rege, arma sumserant, omnes quoque ii, qui illius studuerant rebus, in vitae discrimen & salutis adducebantur, vt non satis tuto in Anglia commorari diutius possent. Quam ob caussam in illas colonias salutis caussa discesserunt. Cum vero CAROLVS II. in regnum esset reductus: ii e contrario, qui antea contra patrem fecerunt, extorres facti, in easdem colonias ad eos, quos antea in fugam coniecerant, se recepere. Faciunt igitur coloniae multifariam ad deportandos ex regno quodam eos homines, qui plus damni quam emolumenti adferunt regno vel rei publicae. Ne quis autem nobis tribuat, de iis modo nos, quae colonias commendant, bonis disputasse, mala vero, quae secum ferre colonias nonnulli opinantur, silentio praeteriisse: agedum etiam, quae vitia illis obiiciantur, consideremus.

* Vid. THEODOR ARNOLDS *Britisches Reich in America*, *t. II. p.* 380.

** Idem *t. I. p.* 536.

*** Confer. D. RIDLEY *Lord Bischoffs zu Glocester A.* 1745. *vor den Herren* TRUSTEES gehaltene *heilige Rede.*

§. VI.

Sunt, qui dicunt: diuitias alicuius regni consistere in multitudine incolarum, nihilque magis damno esse regno vel rei publicae, quam si illorum diminuatur numerus. Quorum in sententiam concedimus, si quidem illorum incolarum vnusquisque necessarium sibi victum in natali solo parare, & sic ad commune bonum aliquid conferre possit. Negamus autem & pernegamus, pauperum multitudinem regno alicui in magnum commodum cedere. Relictis igitur omnibus in regno aliquo diuitibus, pauperes modo, * quibus in regno ipso vitae necessaria desunt, in coloniam migrare, multasque ibi opes comparare sibi volumus. Anglicanae in America coloniae, quae iam multis millibus hominum sunt refertae, potissimum a pauperibus fuerunt conditae: licet iam haud exigua pars eorum multis magnisque adfluat diuitiis. ** Haec multa hominum millia in Anglia si mansissent: cui emolumento fuissent eidem? Sed ex coloniis magna sane commoda in Anglos redundarunt. Num ideo solitudo hominum in Anglia? Aut nonne ad regnum ipsum pertinent coloniae? Annon ii, qui colonias petunt, eidem imperio manent obnoxii? Cumque etiam alii ex aliis prouinciis homines in exterum regnum inque colonias conditas proficiscantur: annon potius per colonias numerus augetur eorum, qui sub alicuius regis sunt ditione? Coloniae non aliter quam liberi rei publicae sunt considerandae. Elegans de eo extat LIVII testimonium: *** *quae liberi*, inquientis, *parentibus deberent: ea illos* (scilicet colonos) *Romanis debere*, *si vlla pietas*, *si memoria antiquae patriae esset*. Augentur igitur per colonias ii, qui regis alicuius in ditione sunt & potestate; augentur opes; augentur diuitiae. Quod si vero quis obiiciat, coloniarum in Americam deductionem hominum in Hispania solitudinem fecisse: is velim consideret, non negandum quidem esse, magnum populi numerum in has colonias abiuisse; veruntamen, cum idem periculum in aliis quoque regnis factum fuerit, quae nihilo secius numero hominum hucusque abundant; in aliis rebus caussas solitudinis in Hispania profecto quaerendas esse: & quidem *primo* in stupenda

* Conf. GVNDLINGS *Discours über die Staaten von Europa t. I. cap. IV. §. 37. p. 625.*

** Ad maiorem huic paragrapho adferendam lucem, legatur die *Einleitung in die Beschreibung des Britischen Reichs*, vbi haec omnia clarissime explanata inueniuntur.

*** *Libro XXVII. Cap. XI.*

penda facrificulorum multitudine; quorum decies centena * millia in hoc regno numerantur, quibus omnibus per vota monafterialia vxores ducere non licet; *fecundo* in fummo illo inquifitionis in prauitatem, quam vocant, haereticam tribunali ** horrendo; a quo capitis permulti quotannis damnantur, quodque vetat, alienae religioni addictos homines in regno fibi conftituere domicilium, fuamque ibi rem habere; id quod tamen hominum in regno aliquo multitudinem quam maxime auget; & *tertio* in edicto, quod omnes extra Hifpaniam natos a coloniis Americanis arcet. *** Hinc fane tanta hominum in Hifpania folitudo: vt infalubre & graue coelum aliasque rationes, maxime naturales, * filentio inuoluam.

§. VII.

Inferuiunt igitur coloniae multifario modo ad eiiciendos e regno aliquo eos homines, qui illi plus damni, quam commodi adferunt. Colonias ad nimiam incolarum multitudinem diminuendam, ac inde ob naturales cauffas conftitutas inuenies; reperies etiam ab iis conditas, qui multiplici ratione nouarum rerum erant ftudiofi. Effe autem vel vnam inter hodiernas colonias, a Georgia vbi difcefferis, eo confilio praecipue conftitutam, vt ii, qui, cum non inueniunt, vnde fe alant, regno oneri funt, receptum ibi habeant: id vero confirmare non aufim. Praeter inftitutum quidem factum eft, vt pauperibus alendis inferuiant: cum plane non hanc praecipue ob cauffam, vt egeftati eorum fubueniatur, fed ideo, vt in colonia frequentior fit hominum numerus, in coloniam deducti fuerint pauperes. Quod fi vero colonia hunc in finem eft condita, vt in ea recipiantur pauperes: folidis argumentis probari poteft, eam rationem effe adnumerandam nobiliffimis. Talem enim coloniam orphanotropheum, ptochotrophium, perpetuum pro pauperum falute aerarium licet nominare. Hanc igitur laudem folam fibi poffe inter hodiernas colonias tribuere Georgiam tam diu adfeuero, vsque dum alia citetur, ob eandem rationem condita; id quod tamen vix crediderim. Perpetuam vero inopum falutem primum

* Conf. GVNDLINGS *Difcours über die Europaeifche Staaten t. I. p.* 110 & 111. §. 6.
** Optime de eo fcripfit PHILIPPVS A LIMBORCH *in hiftoria inquifitionis.*
*** GVNDLINGS *Europ. Staaten p.* 120 §. 9.

* Conf. SAM. PVFFENDORFII *Einleitung in die Hiftorie der Europaeifchen Reiche t. I. cap. II. p.* 125. §. 15.



mum condendae huius coloniae momentum* fuiſſe, pauperibusque eam plane eſſe deſtinatam, docent nos edicti,** quod PRAEFECTIS illius datum eſt, ipſiſſima verba. Omnium vero maxime laudibus efferendum illud cenſeo, quod non anglicanis modo pauperibus, ſed etiam iis, qui ob confeſſionem euangelicae religionis expulſi *** patria ſunt, in illa detur receptus. Praecipuum ſane hoc eſt, quod, quantum memini, de nulla alia pari modo dici poteſt colonia. Quod ſi quis Boruſſiam nobis obiicere, & quod in eam quoque recepti fuerint Salisburgenſes, idem huic adſerere velit; is reſponſum habeto: Boruſſiam vel vt regnum, vel vt coloniam poſſe conſiderari. Si tanquam regnum ſpectes; minime contra me directa obiectio eſt: mihi enim de coloniis ſermo eſt; ſi tanquam coloniam, ex hiſtoria probandum erit, Boruſſiam, cum primum fuerit ab hominibus culta, hoc conſilio, ut ſede ſua ob religionem expulſos aliquando exciperet, coeptam fuiſſe coli. Id vero nullo poſſe probari modo aio & confirmo. Valet idem & de aliis regionibus, in quas Salisburgenſes receptos fuiſſe conſtat. Mitto, non ad Salisburgenſes ſolos, ſed ad omnes, inſtauratis euangelii ſacris addictos & patria pulſos, pertinere Georgiam. Vocationem vero Salisburgenſium in Georgiam, eorum traiectum atque initia habitationis conſideraturus; ſingularia plane prouidentiae diuinae documenta inuenio. Quapropter non abs re eſſe credo, ſi de his omnibus, paucis tamen, dicam. Id ſimul ſingularem benignitatem, qua PRAEFECTI coloniae *Georgianae* omnes eos, qui eam coloniam petunt, excipere ſolent, teſtatam faciet.

§. VIII.

Multis beneficiis Salisburgenſes patria expulſos & maximam partem in Boruſſiam profectos cum Angli adfeciſſent: PRAEFECTI tandem coloniae Georgenſis apud ſe conſtituere, trecentos illorum in Georgiam ipſam recipere. Litteras igitur dederunt ad membrum quoddam

* Confer. *das Britiſche Reich in America pag.* 657. vbi caput, quod de Georgla agit, his verbis deſcriptionis initium facit: *Die Herren vvelche den Vorſatz faſsten, Colonien in dieſem Lande (vvelches damals ein Theil von Carolina vvar) anzulegen, thaten es aus einer liebreichen Abſicht, eine gute Anzahl armer Leute zu verſorgen, damit ſolche nicht nur ſelbſt vergnügt leben ſondern auch denen Leuten, denen ſie vorhero eine Laſt gevveſen, nützlich ſeyn möchten.*

** Conf. *Der Vorbericht der ausführlichen Nachricht der Salzburgiſchen Emigranten in Georgien p.* 5.

*** Quorum expreſſe mentio fit in edicto.

dam SOCIETATIS DE PROMOVENDA COGNITIONE CHRISTI: cuius quidem opera primum de illa emigratione facti certiores fuerant. Quo maioribus pluribusque difficultatibus hoc negotium implicitum videbatur ei, cui erat datum: eo magis quoque ex illo expedire se allaborauit. Cum vero omnes illae difficultates, quae saepius eidem fuerant COLLEGIO perscriptae, illud adeo a proposito non absterruerint, vt in eo potius magis magisque persisteret: diuinis illud auspiciis susceptum fuit negotium. Promittebatur etiam, fore, vt & Salisburgenses impensis PRAEFECTORVM in Angliam, ex eaque in Georgiam traducantur, & ad illud vsque tempus, quo ipsi fructum ex fundo percipere possint, e cella penuaria publica alantur, eorumque ratio perinde atque ciuium Anglicorum habeatur, ita vt, quibus Angli, iis omnibus & ipsi gauisuri sint priuilegiis. Addo & illud ipsum, quod promissum fuerit, ministris quoque ecclesiae ex pecunia, hos in vsus foenori data, stipendia praebitum iri, vt nulla de eorum sustentatione cura esse debeat Salisburgensibus. Quibus promissis auctoritatem ei, cui cura eligendorum colonorum fuit commissa, dederunt Georgicae coloniae CVRATORES, vt definitum colonorum, quos vellet, numerum eligeret. Parem potestatem ei dedit SOCIETAS DE PROMOVENDA COGNITIONE CHRISTI, vt colonis ministros verbi diuini, viros pios sapientesque, pro lubitu eligeret, electosque mitteret. Quod si igitur improuisam inexpectatamque vocationem ipsam, sique conditiones accommodatissimas, publice confirmatas, consideremus: singularem Dei prouidentiam in hoc negotio, qui non perspiciat, neminem inueniri posse, existimo.

§. IX.

Data igitur potestate, quosdam Salisburgensium in Georgiam mittendi, quatuor vicibus missi eo coloni sunt. Primi eo traiecti numerum quadraginta & duorum hominum impleuerant. Hi, duce Deo, Augusta profecti sunt die trigesimo primo Octobris A. CIƆIƆCCXXXIII. Vbique in itinere maximo cum gaudio excepti fuerunt, multisque beneficiis adfecti. Roterodamum incolumes venerunt die vigesimo septimo Nouembris: ad quam vrbem electi interpretes oraculorum diuinorum aliquot diebus ante adpulerant. Erant pastorum nomina BOLZIVS & GRONAV: quorum alter *inspector vicarius latinae scholae orphanotrophei Halensis*, alter in ea *praeceptor* fuerat. Statim itaque, inuo-



cato imploratoque diuino auxilio, officium capeſſiuerunt. Nauem die ſecundo Decembris conſcendentes, multum fluctibus iactati, adpulerunt * in portu Dubrenſi anglicano die vigeſimo ſecundo Decembris. Omnium oculi animique in eos aduenientes erant conuerſi. In itinere ipſo ita praeclare ſe geſſerunt Salisburgenſes, vt omnium, qui eos viderant, Anglorum ſibi conciliauerint gratiam. ** Sacramento deinde obſequii, fidei, pietatis obſtricti, nauale iter inſtituere die octauo Ianuarii A. cIↃIↃCCXXXIV. ſecundoque vento, Deo fauente, incolumes venerunt die duodecimo Martii in Georgienſem metropolim, cui nomen Sauannah * eſt.

§. X.

Poſtero anno, * nempe cIↃIↃCCXXXIV. die vigeſimo tertio Septembris iterum Salisburgenſium circiter quinquaginta in Georgiam miſſi ſunt. Tertio Nouembris die Londinum peruenerunt, vbi multis, immo maximis ornati beneficiis, cum regia quadam *Indorum* ** familia die duodecimo Nouembris in nauem adſcenderunt, & decimo tertio Ianuarii A. cIↃIↃCCXXXV. ſalui in vrbem Salisburgenſium, Ebenezer dictam, ſunt delati. Illum inſequebatur A. cIↃIↃCCXXXV. tertius *** colonorum numerus, qui Auguſta Vindelicorum die ſexto Septembris profecti, in Georgiam, diuinis auſpiciis, decimo ſexto Februarii A. cIↃIↃCCXXXVI. aduecti ſunt.

§. XI.

---

* De his omnibus fuſius agitur in dem ganzen *Vorbericht* zu den *ausführlichen Salzburgiſchen Nachrichten*, ex quibus haec ſunt decerpta.

** De quo legendae litterae a quodam, cui nulla res fuit cum Salisburgenſibus, ex portu Dubrenſi ſcriptae, quae inueniuntur in den *ausführlichen Salzb. Nachrichten T. I. p. 50. 51.* vbi inter alia haec leguntur: *Die Vergnüglichkeit und Gelaſſenheit der Salzburger unter ihren Prüfungen, und die freudige Dankbarkeit, ſo ſie für das, vvas ſie empfangen, bezeugten, vvar ſo augenſcheinlich bey ihnen vvahrzunehmen, daſs alle, die zugegen gevveſen, herzinnig über ſie bevveget vvurden. Ich muſs bekennen, daſs es eine ſonderbare Ehre für proteſtantiſche Länder und inſonderheit auch für Groſsbritannien ſeye, daſs dero Gebiete und Herrſchafft eine Zuflucht ſolcher Leute vvorden, von vvelchen man in Wahrheit ſagen kan, daſs ſie vvegen der freyen Bekäntniſs des lautern Evangelii alles verlaſsen haben: Sonſten vernehmen vvir, daſs die Salzburgiſchen Emigranten bishero alle Morgen und Abend ihr Gebeth öffentlich verrichten, und ſich ſehr gottſelig und ordentlich aufführen.*

*** De omnibus, quae in itinere euenerunt Salisburgenſibus, agitur in dem *Reiſe-Diario der Herren Prediger T. I. p. 48. - 82.*

* Conf. *Vorbericht zu der ausführlichen Salzburgiſchen Nachricht p. 17.*

** Conf. Ebenbemeldter *Vorbericht p. 33.*

*** Conf. des Herrn *Phil. Georg Friedrichs von Reck*, als Commiſſarii dieſes Transports, *Reiſe-Diarium; Ebenezeriſche Nachrichten T. I. Cont. II. p. 803.*

§. XI.

Quarta* Salisburgensium in coloniam Georgianam profectio instituta fuit A. CIↃIↃCCXXXXI. quo anno sexaginta eo demigrauerunt. Hic non minus singularia diuinae prouidentiae documenta se manifestarunt. In hunc enim colonorum numerum, iter per ducatum Wurtembergicum facientem, tanta beneficia fuerunt collocata, quae maiora ferme esse non poterant. Praesertim *perillustris* VIRI GEORGII, S. D. W. A CONSILIIS INTIMIS, cura, quam pro illis gessit, non sat efferri laudibus potest. Augusta igitur duodecimo Iunii die profecti, Londinum venere vigesimo quinto Iulii, vnde, naui soluta die decimo octauo Septembris, laetis auspiciis vigesimo primo Decembris eiusdem anni ad vrbem Georgiensem *Ebenezer* accesserunt.

§. XII.

Tres illae, primam sequentes, coloniae in Georgiam missae, non minus egregie se in itinere gesserunt, vt & Germani, praecipue vero Angli, incredibilem ex iis voluptatem perceperint. Qua de re multa sane & praeclarissima extant testimonia. Sed reuertamur ad primam Salisburgensium coloniam, eiusque constituendae rationem breuiter consideremus. Illis igitur in regionis caput Sauannah delatis, aliquod temporis spatium ibi erat commorandum, dum alius condendae vrbi locus electus erat. Qui cum in amoena admodum regione designaretur: noui coloni vrbem condendam fluuiumque praeterfluentem, in recordationem omnium a Deo praestitorum beneficiorum, EBENEZER ** adpellauerunt.

§. XIII.

Georgiae prae aliis coloniis praestantiam, ad primam conditarum coloniarum rationem quod adtinet, satis me luculenterque ostendisse puto. Progredior itaque ad secundam, ob quam colonias conditas esse constat, principalem caussam, quam amoenitatem coloniae eiusque

 fertili-

* Legatur die *Vorrede zu der VII. Continuation der Ebenezerischen Nachrichten*; ferner in der *IX. Cont. das Reise-Diarium* des Herrn JOH. GOTTFRIED von MULLERN *als Commissarii dieses Transports bis Londen p.* 1176. und das *Diarium* des Herrn *Vigera* von Londen bis nach Ebenezer p. 1205.

** De his mentio fit in dem *Reise-Diario der* Herren Prediger *T. I. Salzburg. Nachr. p. 82. &c.*



fertilitatem esse diximus. Inter antiquas gentes sint nobis exemplo Romani. Illi eam potissimum ob caussam de Sicilia tanta cum Poenis gessere bella, quia sibi optimam & pace & bello cellam esse penuariam nouerant. Fertilitate terrae adducti & Gallis & Italis bellum intulerunt Germani. Nec non hodie hanc maxime ob caussam in remotissimas terrae regiones colonos deductos fuisse in propatulo est. Iam mearum igitur partium esse duco, de amoenitate atque fertilitate Georgiae quid sit censendum, commonstrare; pariterque huius coloniae prae multis aliis praestantiam clarissime ob oculos sistere. Eam vero & ratione amoenitatis & fertilitatis felicissimam nominamus terram, cui a benignissimo rerum omnium parente Deo haec tria sunt adtributa: vt *primo* caeli tractus sit temperatus, vnde neque aestate tantus solis sit ardor, vt incolae prae aestu ferme exarescant; neque hiemali tempore tanta algoris vis, vt omnia gelu stringantur; *secundo* vt terra & ad proferenda omnium fructuum genera sit idonea, & in aliis quoque rebus, ad vitam humanam pertinentibus, quales sunt omnis generis animalia, siluae & alia plurima, tantam copiam & abundantiam fundat, vt adeo non illi sit opus ex aliis regnis fruges aliaque petere, vt potius ex ipsa in alias regiones multa exportari possint; *tertio* denique, vt salubris quoque sit aër, vnde paucissimi nascuntur morbi. Cui regioni tria haec inuenero tributa esse: fertilissimam eam & amoenissimam dixero.

§. XIV.

Paullo quidem flagrantior calor non parum ad fertilitatem terrae facit: cum constet, in iis regionibus, vbi calor est ita temperatus, qualis est in Germania & Anglia, plurimorum fructuum, iam fere ad licitas vitae humanae delicias necessariorum, nullum esse prouentum; quorsum referas saccharum, omniaque aromatum genera alia. Vbi vero paullo maior solis aestus terram fouet: eo plures eoque meliores fructus ea regio gignit; si ad solis quidem calorem terrae etiam accedat benignitas, vt in Italia, vbi multifaria fructuum genera tellus parturit, quae in Germania, Anglia, aliisque regnis non, nisi summa adhibita opera, maturescunt. Nihilo tamen minus, si ita solis aestu aër excandescat, vt in terris, quae lineae aequinoctiali, quam vocant, vel subsunt, vel ab ea proxime absunt: peruulgatum est, eas regiones

* Conf. LIVIVS *lib. XXVI. c. XL. & lib. XXVII. c. V.*

giones minime omnium fructuum esse feraces. Quem igitur regionis situm optimum iudicabis? Illum sane, qui medius est inter eas terras, quas temperatas, easque, quas torridas nominare solemus. Cum itaque vltimus fere gradus zonae temperatae sit sexagesimus, summus torridae sit primus: trigesimus medium tenet; quem propterea regionis situm pro accommodatissimo & καθ'ἐξοχήν pro temperato habebimus. Et huic ipsi gradui subiacet Georgia. Chartae enim geographicae, nec non commentarii * de illa colonia indicant, omnem illam regionem gradus inter nonagesimum nonum & trigesimum quartum patere. Regiones sub iisdem ipsis gradibus, vel in vicinitate eorum sitae, fertilitatis omnes praecipuae laudem ferunt. Sunt vero e. g. illae Madera, Cyprus, Aegypti pars fertilissima, Terra sancta, Persiae pars feracissima, Chinae nobilissima, nec non Iaponica tellus: quarum omnium fertilitatem amoenitatemque hodoeporica non satis celebrare possunt laudibus. Ad aestus igitur vel frigoris gradum in nostra colonia quod adtinet: ita ille est comparatus, vt in plerisque propemodum anni mensibus vere perpetuo, ** & in flagrante aestate, euro boreaque flante, amoena semper refrigeratione gaudeant incolae. Quare singulis anni mensibus, quo minus agrum exerceant, neque per aestum, neque per frigus *** prohibentur coloni. Quanta haec regionis alicuius felicitas est! Verbi diuini, quod inter Malabaros diuulgatur, ministri nos in suis commentariis certiores faciunt, tantum

* Haec descriptio inuenitur in der *Beschreibung des Britischen Reichs in America T. I. p. 657. Es ist ein grosser Strich Landes, Südvvärts von Carolina durch den Fluss Savannah davon abgetheilet, und an Süden durch den Fluss Alatamacha begränzet, vvelche beyde gross und schiffbar sind. Von einem Fluss bis zum andern ist zur See auf die 60. bis 70. Meilen, und vvie einige seit der Zeit versichern,* (vvelchen Nachrichten auch mehrerer Glauben zuzustellen, da sie neuer sind) 120. *Meilen,* (zu Land aber ist die Länge Georgiens zum vvenigsten 180. Englische, oder 45. Deutsche Meilen, indem es zu seinem Maas 3. ganze Grade hat. *und seine Erstreckung von der See bis an die Apalatian oder Apallachean Gebürge ist über 300. Meilen, vveil es in seinem Fortgang von der See immer vveiter und breiter vvird.*

** Conf. *Neueste Nachricht von Georgien p. 32. Ebenezerische Nachr. T. I. p. 2394. sub dato den 24. Iul. Die Tages-Hitze ist so temperirt, dass sich unsere liebe Leute vvohl kein besser Clima zu ihrer Arbeit vvünschen können, nachdem sie es nach und nach gevvohnet vverden. Winter und Sommer können sie im Feld arbeiten, und ihr Vieh kan das Jahr hindurch im Walde gevveidet vverden; vvelches zvvey schöne Vorzüge sind.*

** *Conf. Ebenezerische Nachrichten T. II. p. 64. Da Leute in Deutschland fast den ganzen Winter-*



hiemali tempore esse in hac terra caloris gradum, quantus aestiuis * nostris est diebus; aestate vero tantam solis flagrantiam, praesertim sub horas meridianas, vt non sine dolore aperiri possint oculi. Quanto igitur felicior est regio, quae moderato solis calore gaudet? Sponte hinc colligitur, Georgiam omnibus Asiaticis coloniis, sub linea aequinoctiali vel in vicinia eius positis, vt Iauae, Sumatrae, Cylano, Borneoni, insulis Moluccis & Philippinis, nec non in Africa Guineae, insulae S. Laurentii, in America vero Hispaniolae, nouae Hispaniae, insulae Barbados & ceteris, nec non iis omnibus, in quibus hiemali tempore paulo acrior est vis frigoris, ut Pensiluaniae, Virginiae aliisque, intuitu felicioris caeli tractus, esse praeferendam.

§. XV.

Iam alterum quoque momentum, quod in fertilitate regionis ita ponitur, vt primo omnes fructus abunde proferat, deinde & in aliis rebus, ad vitam humanam pertinentibus, quo pertinent scilicet animalia, nemora, & id genus alia, nullo plane defectu laboret, ponderandum erit, & de Georgia comprobandum. Sic vero de vberrimo fructuum omnium prouentu rationes meas subduco: Cuiuscunque regionis is est calor, & ea caeli conditio, vt vtrumque aptum sit omnibus frugibus gignendis: illa omnes fructus proferre potest: atqui de Georgia haec omnia adserere possum. Id quod solidis iam firmabo argumentis, quibus omnibus sequentia lucem adfundent maiorem. Profert Georgia beneficio caloris ea, quae in feruidissimis terris proueniunt. Oryza, in omnibus fere regionibus lineae aequinoctiali confinibus, quin & iis, vbi prae nimio solis feruore nihil aliud progerminare potest, e terra nascitur; nec minus in Georgia quam largissime ** prouenit. Quare non mirandum, quod omnia, quae in Iamaica, *** & Barbados, vbi iam remissior solis est feruor, ex terra

Winter hindurch wenig oder nichts im Feld arbeiten können: so ist in diesem Lande die Winters-Zeit fast am bequemsten zur Arbeit im Felde.

* Conf. *Nickamps kurzgefaste Missions Geschichte p. 30. u. 31.*

** *Conf. Ebenezerische Nachrichten T. II. p. 46 p. 63.*

*** *Conf. Lord Bischoffs zu Glocester* D. RIEDLEY Predigt, welche er vor den Herren TRUSTEES *anno* 1745. gehalten; porro *Neueste Nachricht von Georgien p. 34. u. 38. denique Ebenezerische Nachricht. T. I. p. 183.*

ra nascuntur, vt sunt saccharum, piper, caffea, *ananas*,* zingiber, citrus, malus aureola, mala granata, arbores, quas *coco* atque *cacaos* ** nominant, nec non herba nicotiana, indigofera, *conchenillium*, *** cinnamum, & alia plura in Georgia similiter e terra progignantur. Hinc non temere collegeris, haud inanem fore laborem, si de reliquis etiam aromatibus producendis periculum fieret. Producuntur vero etiam ii fructus in Georgia, quibus temperatus modo caloris gradus est opus. Eos inter primum locum obtinet vinum. Primi Georgiae coloni, qui hanc in regionem venerant, haud exiguae magnitudinis, grati saporis, amoenaeque dulcedinis inuenerunt vuas siluestres *, sperandi aliquando dulcissimi vini indicia.

* *Ananas waechst in der Groesse wie eine Citrone, offt aber wie eine Mellone; sie schmecket so edel, daß es zugleich nach Erdbeeren, Aepflen, Pfirschen, Quitten, Muscatellen, Bergamotten, Kirschen, Abricosen, Zucker, Honig und Rheinwein schmeckt, und doch darbey einen sonderlichen und eigenen Geschmack hat, den man nicht leichtlich aussprechen kan. dahero sie auch, wegen ihres vortrefflichen Geschmacks und Geruchs die Koenigin unter den Früchten genennet und allen andern vorgezogen wird.* vid. D. IOH. GEORG. NICOL. DIETERICHS *Phytanthozoiconographia sub voce ananas.*

** *Cacaos, ein Baum von mittelmaessiger Groesse; dessen inwendige Koerner zu Chocolat gebrauchet werden; und dessen Oel der Gesundheit besonders zutraeglich ist, Idem T II sub voce cacaos.*

*** ARNOLD *T. II. p.* 1192. *Die Cochenel oder Scharlach Beere kommt aus einer Frucht, die Stachel-Birne (oder Indianische Feige) genannt: traegt ein Blat von einer schleimigten Eigenschafft, und eine Frucht, die Blutroth und voller Saamen ist; Das Insect aber, welches aus dieser Frucht und diesen Blaettern gezeuget wird, giebet eine bestaendige und bleibende Farbe. Es erscheinet zuerst wie ein kleines Blaeßgen oder Knoepfgen an den Blaettern des Strauchs, woran sie gezeuget werden: welches hernach durch die Hitze der Sonnen zu einem lebendigen Insect, kleinem Ungeziefer oder VVurm wird. Diese VVürmgen werden mit der Zeit Fliegen, und wenn sie zu voelliger Reiffung gelanget sind, so machet man von einiger verbrennlichen Materie einen Dampf, daß ihn der VVind auf die Straeucher treibet, woran die Insecten ihre Nahrung suchen; wordurch die Insecten aber erstickt und getoedtet werden, daß, wann man die Pflanze schüttelt, solche herab auf die Tücher, und also mit wenig Mühe in grosser Menge gesammelt werden.*

* *Ebenezerische Nachrichten T. I. p* 378 *sub dato d.* 25. *Iul. Iemand von uns brachte*



cia. * Capto igitur experimento, posteaquam palmites quidam ex nsula Madera ** adportati sunt, terraeque Georgianae insiti; tam generosum enatum est vinum, quod Maderensi minime cederet. Mori *** quoque, alba rubraque mora, quae saporis sunt gratissimi, proferentes, ingenti numero ibi inueniuntur, folia vero bombycibus alimenta praebent. Vnde non vana spes adfulget, quaestuosissimam serici * in Georgia praeparandi aliquando fore mercaturam.

brachte eine Menge VVeintrauben aus dem VValde, deren Beere von sonderbahrer Groesse waren, auch von so starkem Geschmack, daß man die Krafft davon bald im Haupte fühlet.

*Conf. *Ebenezerische Nachrichten T. II. p. 906. Zum VVeinpflanzen ist hier nach dem Urtheil aller verstaendigen Leute ein fürtrefflich Land; daher die Deutschen Leute in Savannah in ihren Briefen nicht genug VVorte machen koennen, was dis vor ein herrlich VVeinland ist; porro l. c. p. 2213. VVenn man hier mit dem VVeinstock recht umzugehen wüßte: koennte man zweymahl im Iahr von einigen VVeinstoecken Trauben bekommen; welches auch der VVeingaertner auf des Herrn General Oglethorpe Baronie vor zwey Iahren probat gefunden.*

** Conf. *Neueste Nachrichten von Georgien p. 34. Ueber dieses gedeyen hier aufs beste verschiedene Sorten von VVeinen, absonderlich Malvesier und Madera VVein, von welcher Insel man die Reben nach Georgien gebracht, und mit welcher* Provinz *Georgien ohngefehr in gleicher Himmels-Hoehe stehet. Conf. Ebenezerische Nachr. T. II. p. 905.*

*** *Conf. l. c. p. 856.*

* *Conf.* ARNOLD *T. I p. 675.* vbi haec verba inuenies: *Von den lezten,* (nämlich Maulbeerbäumen) *wird das groeste VVesen gemacht wegen der Seidenwürmer, die sie ernaehren, und der Hofnung, welche diejenigen, die sich dahin begeben, und wir, die wir zu Hause geblieben, davon geschoepft haben. Es giengen zwey oder drey* Piemonteser *bey der ersten Einschiffung mit, die Leute daselbst die Art zu lehren, vvie man mit den Seidenvvürmern umgehen sollte, deren Eyer man aus Italien kommen ließ; und sie bekamen daselbst gar bald einige* Paeckgen *Seiden, die sie zur* Probe *mit nach Hause senden konten, vvo sie Thomas Lombe, der sich am besten auf solche Waare verstunde, die Güte derselben durch sein Instrument zu Derby probierte und davon sagte: die Seide von Georgia ist die beste Seide zu verarbeiten, die ich jemahls gesehen habe, ja noch besser, als unsere beste superfeine* Piemonteser, *und sie erweist sich ungemein gut bey aller Verarbeitung und* Probierung, *die man damit machet.*

turam. Nec contemnendus eſt goſſypii * in hac colonia prouentus, quo abundat. Pomorum ** multa genera, qualia ſunt mala, *** pira, * ceraſa, perſica ** optima, ficus, mala cydonia, meſpila, auellanae, caſtaneae, amygdalae, pruna, *** omnesque alii fructus, in Italia naſcentes, quibus praeſertim oleum * adnumeres, non minus Georgiam prouentu beant vberrimo. Sed non iis ſolum fructibus, qui intenſiorem vel remiſſiorem ſolis calorem deſiderant: ſed his quoque, qui ita temperato calore, qualis in noſtris eſt terris, opus habent, abundat Georgia: in quorum numerum referas triticum, ** far, *** hordeum, * auenam, cannabim, linum, frumentum

indi-

chet. Da vvir nun der Güte ihrer Eigenſchafft verſichert ſind, (fährt der Engliſche Autor fort) *ſo haben vvir auf nichts mehr zu hoffen, als daß vvir ſolche in groeſſerer Menge erhalten, vvelche unmoeglich ſehr groß ſeyn kan, ſo lange es an Haenden fehlet, die Speiſe und Bequemlichkeit des Lebens aufbringen helfen.*

* *Conf. Ebenezeriſche Nachrichten T. II. p.* 399. *Es haben viele Leute unſers Orts Baumvvolle, einige mehr, andere vveniger gepflanzet, vvelche ihnen, da die Strümpfe theur ſind, vvohl zu ſtatten kommen.*

** *Ebenezeriſche Nachrichten T. II. p.* 933.

*** *l. c. p.* 873.

* *l. c. p.* 1075.

Lucrum igitur, quod olim ex Georgia prouenire poteſt, intuitu vini, olei, faris, tritici, hordei, oryzae & auenae, aliorumque legumentorum quotannis millies atque centies praeter vicies bis millena millia florenorum excedit (1122000000). Neque hic mihi ſermo eſt de commerciis, quae de ſerico,* quod minime flocci faciendum, lino, cannabe, goſſypio, *conchenillio*, *indigofera*, *cacaos*, quod vocant; herba nicotiana, *ſaſafras*, amygdalis, malis aureolis, citriis; Zingibere, pipere, ſaccharo aliisque aromatibus; porro thea, caffea, melle, cera, cinere clauellato, muſco, *bezoar*; ** porro de equis, ouibus aliisque

* *Conf. D. Riedley vor den Herren Truſtees gehaltene heilige Rede. Von Georgien haben vvir Hanf, Flachs und Potaſche genug zu ervvarten, vvordurch man bey 13000. Pfund Sterling in unſerm Handel gegen Ruſsland erſpahren kan, als der jaehrlich ſo viel Ausgabe erfordert: aber noch eine vveit groeſſere Hoffnung des Vortheils zeiget ſich, da nun auch Weinſtoecke und Maulbeerbaeume darinnen ſo vvohl gerathen. Diſs Koenigreich nimmt den Italiaenern jaehrlich vor 300000. Pfund Sterling Seiden ab, da man in Georgien künfftig mehr Seide ziehen kan, als vvir brauchen, vvobey 20000 Leute ihre Arbeit auf vier Monat lang in der Colonie, und noch vielmehr in Engelland ſelbſt das ganze Iahr hindurch, finden koennen.*

** *Allerneueſte Nachrichten von Carolina p. 75. Ich fragte die Indianer: ob ſie nie keinen Bezoar-Stein faenden? gab ihnen auch die Beſchreibung davon, auf vvas Art er gefunden vvürde; und bekam zur Antvvort: Sie haetten deſſen einen Ueberfluſs. Sie fragten mich auch: vvorzu ichs dann gebrauchen koente? Ich antvvortete: die vveiſſe Menſchen brauchten es ſtatt einer Arzney, und daſs ich ihnen deſſen, vvann ſie einigen mittlervveile ich dieſen Weg zurücke kaeme, faenden, eine Portion abkaufen vvolte. Hierauf zog einer von ihnen einen ledernen Seckel heraus, vvorinn Bezoar, aber gepülvert, vvar. Er vvar ein berühmter Jaeger, und verſicherte mich, diſs Pulver ſtaerke das Geſicht und Hirn vortrefflich; als vvorzu es unter ihnen meiſtens gebrauchet vvürde.*

que animalibus; nec non de vellere, cutibus, corio; itemque de ligno, ad naues frabricandas idoneo, afferibus & ceteris rebus, quas Georgia largiter ſuppeditat, fieri aliquando poſſunt. Taceo gemmas atque metalla, quorum eruendorum in hac colonia ſpes haud vana adparet; item porcellanum, quod iam effinxiſſe, neſcio quis, figulus dicitur; pariter marmor & res alias pretioſas. Non commemorabo, quid aerario hinc accedere, vel quantum incrementi res naualis ex eo commercio capere, vel quanta hominum multitudo inde ali poſſit; vel quot res, in Anglia manuum induſtria factae, in Georgiam quoque transmitti poſſint. Si quis horum omnium rationem ineat: is facile cognoſcet, lucrum ex iis rebus, quas modo denominaui, ſuperiori, quod antea definiui, non multo eſſe inferius. Sed ſatis me dixiſſe arbitror, vt ex eo intelligi poſſit, coloniae nulli, intuitu etiam commerciorum, * ſecundam eſſe Georgiam.

 §. XXXIII.

* Integrum, quod ex Georgia redit, & vicies centies millena millia (2000000000.) florenorum aequat, ita diſpertio lucrum, eius vt dimidiam partem incolis Georgiae, alteram Anglis relinquam. Hac ratione ſi lucrum inter ſingulos Georgianos aequaliter diſtribuam: quotannis quilibet ducentos florenos, indies vero aliquanto amplius duobus & triginta lucri facit cruciteris. Id ipſum eo minus mirandum, quod pueri etiam puellaeque in variis laborum generibus, praeſertim in praeparando ſerico, (quod quidem ex *noviſſimo rerum Georgicarum commentario eiusque p. 73. conſtat,)* tam egregiam praeſtant operam, vt plus mercedis capiant, quam pro ratione cultus & victus. Ad ſeruos quidem ex ſua opera non tantum peruenit: verum, quod ipſis deſit, heris accedit, vt adeo vtrobique par ſit ratio. Neque hac computatione operam me luſiſſe arbitror. Hoc enim pacto haud difficulter ratio iniri poteſt, quantum lucri quotannis pro diuerſo incolarum numero poſſit ex Georgia ſperari. De numero enim incolarum ſi conſtiterit: facta computatione ad quinos lucrum mille florenorum pertinere deprehenditur. Inuento autem integro lucro, quod vniuerſi Georgiae incolae percipiunt, prodit & illa pars lucri, quae in commodum Magnae Britanniae anglicarumque cedit coloniarum, quippe quae cum incolis Georgianis in aequas lucri partes veniunt. Pari modo facile colligi poteſt, quantum olei, vini, frumentorum & quae ſunt eius generis alia, pro diuerſa incolarum multitudine, quouis anno ad exteros poſſit exportari. Milleni enim coloni ex ſuo fundo tam amplum percipiunt fructum, vt non ſuis ipſorum modo, ſed & bis mille exterorum, quibus venditur, neceſſitatibus ſufficiat. Rem exemplo commonſtrabo: Fac, quinquaginta millia incolarum eſſe in Georgia: ſic ex reditibus lucrum centies centenorum mille (10000000.) capiunt florenorum, cui par eſt lucrum Anglorum ceterarumque coloniarum anglicarum. Iſta quinquaginta millia colonorum Georgianorum centies mille exteros vino, oleo, frumento aliisque frugibus poſſunt iuuare, ita vt vnam tertiam partem incolae retineant, binas tertias capiant exteri. Huic tamen computandi rationi poſt viginti demum annos, opinor, ſua conſtabit veritas, cum aucto incolarum numero Georgiae res erunt florentiſſimae. Quod ſi quis autem eandem Georgiae, quae eſt terrae Cananaeae ſtatuat fertilitatem: is facile largietur, quinquaginta millia incolarum Georgianorum, eo quod eius coloniae triplo minorem fecimus fertilitatem, quam quae terrae eſt Cananaeae, quadringenties mille (400000.) exteris rem poſſe frumentariam ſupportare. Georgiam autem tantam frugum & fructuum vbertatem & copiam proferre poſſe, vt ſine ciuium aliquo detrimento tantum ad alios exportari queat: id ex eo colligitur, quod terra, antea inculta, paucorum annorum ſpatio ampliſſima prouenerit vbertate,



§. XXXIII.

Prioribus tribus cauſſis, quare coloniae conditae fuerint, pertractatis atque abſolutis, in ordine ad quartam vltimamque, ob quam conſtitutae ſunt, progredimur. Eam vero in regni alicuius reliquarumque, ad id pertinentium, regionum ponimus defenſione. Romanos praecipue ea cauſſa, quam ob rem in colonias homines miſerint, impulit. Sic enim LIVIVS * ſcribit: „ *Signiam Circeiosque colonos miſit* (ſc. Tarquinius) *praeſidia vrbi futura terra marique.* TACITVS quoque de coloniis haec habet: *colonia in agros captiuos, ſubſidium aduerſus rebelles & imbuendis ſociis ad officia legum deducitur.* „ Quid? quod ipſam patriam noſtram teſtem huius rei citare poſſum. Indicat hoc vel ſolum eius nomen, quod ab AVGVSTO ** Imperatore deſumtum eſt, qui victis Rhaetiis Vindelicisque, & hac ipſa noſtra vrbe capta, ſtatim colonos hoc conſilio in illam miſit, vt eo difficilius ſeruitutis iugum à ceruicibus excutere hae gentes poſſent. Nec nouiſſimorum deſunt exempla temporum. Sic Cuba *** Hiſpanorum in America, Batauia * Batauorum in Aſia clauſtrum eſt: quod ſi enim bellum illis gentibus in his inferatur regionibus; haec caſtra ante omnia debent oppugnari.

§. XXXIV.

Reliquum eſt, vt praeſidio noſtram coloniam Anglis eſſe breuiter oſtendam. Illud ſtatim ex ſitu ** ipſius coloniae apparet. Floridae pro-

---

te, & obuios detulerit fructus: cum quidem Cananaeae facies, quae nunc eſt, tam aſpera ſit & horrida, vt nonnulli ſcriptores de priſtina eius fertilitate, haud tamen ſine temeritate, ambigant. Conf. der Autor des Britiſchen Reichs p. 646. Wenn die Einvvohner von Carolina (*es gilt alſo auch von Georgien, vvelches ein Stück von Carolina vvar, jedoch es an Fruchtbarkeit und Gelegenheit zum Commercio noch an vielen Stücken übertrifft,*) fleiſſig vvaeren, ſo vvürde ihnen der Reichthum gleichſam zuflieſſen. Dann ich bin verſichert, daſs einer mit 500. Pfund Sterling, ſo in Engelland beſcheidentlich angelegt und in Carolina vvieder klûglich angevvendet vvürden, in vvenig Iahren in ſo groſſem Ueberfluſs leben koente, als einer der in Engelland des Iahrs 300. Pſund Sterling hat. Und vvenn er dieſen Fleiſs mit gebührender Sorgfalt fortſetzet: ſo vvird er, ohne daſs er geizig ſeyn darf, zu groſſem Reichthum gélangen.

* *Libro I. cap. LVI.*

** *Conf.* VIRI *perquam Generoſi* PAVLI A STETTEN *Geſchichte der H. Roemiſchen Reichs freyen Stadt Augſpurg C. II. p. 6. & reliquis.*

*** *Conf. Gundlings Europ. Staaten T. I. p.* 132. *ſeqq.*

* *Idem T. I. p. 813.*

* *Britiſches Reich in America T. I. p. 673. und 674. Der glückliche Fortgang, den dieſe angebende Colonie in ihren Pflanzungen gehabt hat, vvie vvir vveitlaeufftig erzehlet haben,*

proxima colonias anglicanas in continenti terminat: ita vt nec Galli nec Hiſpani, niſi eam prius occupauerint, impetum in ceteras queant facere. Ab ipſa vero natura optime munita videtur. Siue enim terra, ſiue mari bellum illi inferatur: illud ſiluae, quae latus terreſtre, tanquam clauſtra, cingunt, quin & ipſi Indi arctiſſimo cum Anglis amicitiae vinculo connexi prohibent; hoc ſumma arcet adeundi difficultas. Experti vtrumque ſunt anno CIↃIↃCCXXXXII. Hiſpani, Deo auxilium ferente, feliciſſime repulſi: qua vero de re inferiore loco plura dicentur. Niſi profecto Georgia tum temporis, vt propugnaculum, iam fuiſſet oppoſita Hiſpanis, omnium opinione Carolina in Hiſpanorum veniſſet poteſtatem. Ob eandem rem hanc ipſam Georgiam Americanam Gibraltariam nominare conſueuerunt: & legatus defuncti Hiſpaniarum regis palam profeſſus eſt: regem ſuum Madrito, quam iure ſuo in Georgiam cedere malle; id quod praeclarum & luculentum eſt teſtimonium, vel ab hoſte profectum, quo ſatis euincitur, in Georgia ſitas eſſe fortunas ** ceterarum in America coloniarum, quae ad Anglos pertinent.

§. XXXV.

---

haben. vvird einem Engliſchen Leſer ſo bevvundernsvvürdig als angenehm vorkommen; inſonderheit vvenn er einen richtigen Begriff von dem groſſen Vortheil hat, vvelchen ſolche Niederlaſſungen zur Sicherheit unſerer andern Americaniſchen Colonien auf dem feſten Lande, und der Handlung der Nation bringen moegen. Ihre Situation zeiget, zu vvas für einem Schutz ſie vvider die Spanier gemachet vvird, und ihre Haupt-Stadt Savannah lieget ohngefehr 150. Meilen von St. Auguſtino der Haupt Stadt des Spaniſchen Florida, und der groſſen Verſperrung der Engliſchen Handelſchafft, zvviſchen dieſer Provinz und dem Bay von Mexico. Dieſes giebet zu erkennen, daſs die Engellaender nicht zu viel Mühe und Unkoſten aufvvenden koennen, ihre Graenzen allhier zu befeſtigen, als vvelches die Graenze aller ihrer Colonien in Nord America iſt, und dahero die Sorge und den Aufvvand des gemeinen Weſens, und zvvar nicht nur nach Art einer milden Beyſteuer, ſondern für das Commercium, für die Macht und Ehre des Koenigreichs, mehr als irgend eine andere verdienet. Denn alle andere ſind ſicher, vvenn dieſe ſicher gemacht iſt; und vvenn irgendsvvo in den Graenzen dieſer Provinz ein Dock oder Schiff-Platz für die Schifferey gemacht und ſolches mit geboeriger Sicherheit errichtet vvürde: ſo dürffen vvir vvegen unſerer Americaniſchen Colonie und Handlung uns nicht mehr leid ſeyn laſſen. Und ſie ſind jeziger Zeit ſo fürtrefflich mit Waaren zum Schiff Bau verſehen, daſs bereits verſchiedene Schiffe daſelbſt gebauet vvorden ſind, und es iſt kein Zvveifel, daſs ſolche Arbeit mit dem Volk und der Handlung je mehr und mehr zunehmen vverde. Was ſolches dem Miſſiſippi Handel vor einen Stoſs geben vvürde, iſt offenbar.

*** Lord Biſchoffs Riedley Predigt. Was vvir unſern andern Colonien vor Sicherheit und Wohlſtand zu vvünſchen geneigt ſind, das iſt auch eine Bevveg-Urſache vor dieſe (nemlich Georgien) zu ſorgen. Ihre Bequemlichkeit Schiffe zu bauen und beſegelt zu machen,*

und



§. XXXV.

Quatuor caussis, quare omni tempore conditae fuerint coloniae, consideratis : iam de constitutione atque administratione ipsius coloniae paucis differendum erit. Georgiae prae aliis praestantia multis etiam modis hic adparebit. Non leue certe est aut exile, quod, cum ceterae pleraeque omnes coloniae vi armorum expugnatae fuerint, atque adeo sanguine vel veterum incolarum, vel nouorum colonorum conspurcatae: haec Georgiana ab hac culpa vacet ac macula. Immanis Hispanorum in subigenda America crudelitas, & innumerorum hominum plane insontium trucidatio quem fugit ? Quanta bella inter Hispanos, Lusitanos, Anglos Batauosque * in Asia flagrarunt, donec colonias suas in illa terrae parte constituerunt firmaueruntque Bataui? Quot velitationes in noua Anglia, Virginia & Carolina Britannis cum Indis ** intercesserunt ? Quae pugnae & contentiones exortae de Insulis Philippinis atque Moluccis : ita, vt nullam fere coloniam reperias, quae non caussa fuerit caedis, qua veteres incolae miserandum in modum internecione sunt deleti. Nostra vero Georgia non sine armis solum, sine, vi sine vlla sanguinis profusione est condita : sed etiam Angli pacem cum Indis, qui antea non parum septentrionalem adflixerunt Carolinam, foedere inito firmarunt.

§. XXXVI.

Quia vero temporis angustia excludor, quo minus plura de hac praestantia Georgiae prae aliis coloniis in medium proferre possim : ad secundum momentum, ex quo coloniae Georgianae praestantia elucet

---

und ihre bequeme Bayen und Haefen, vvorein sie sicher gebracht vverden und liegen koennen, mit dem besondern Vortheil, dass sie frey sind von dem Americanischen Wurm, der das Verderben der Westindischen Schiffe ist, zeigen uns genug, vvas Grosbritannien vor Nutzen davon hat, vvenn dieser Colonie recht fortgeholffen vvird. Lasst uns nicht durch Gleichgültigkeit und Versaumnis dieser Vormauer der Britannischen Herschafft aufzuhelfen, die Vortheile verliehren, die vvir allbereits davon haben, und die noch ins künftige viel groesser seyn vverden. Es ist so gelegen, dass es ein Schlüssel ist zu der Flotte aus Neu-Spanien, derer Gallionen aus Panama, ihnen den Weg zu sperren oder zu oeffnen, vvie die Umstaende der Zeit und das Betragen unserer dermaligen Feinde es mit sich bringen

* *Conf. Gundlings Europ. Staaten. T. I. cap. V. §. 32. & 33. p. 111. sebq.*

** *Bonf. das Britische Reich in America*, & ea eiusdem capita, vbi de noua Anglia, Virginia & Carolina agitur.

lucet, pedem promoueo. Hoc autem eo ſpectat, vt omnes colonorum liberi, * etiam ab aduenis in Georgia prognati, & quotquot naſcuntur ex illis, aeque in Anglia ipſa ac in ceteris coloniis omnibus iisdem iuribus, priuilegiisque & legibus, quibus ipſi Angli, gaudeant: omnesque Georgiae colonos rex Angliae immunes nullisque aliis obnoxios legibus eſſe iuſſerit, praeter quam iis, quae a PRAEFECTIS illius coloniae latae fuerint, quae tamen & ipſae ad anglicanas apprime debent congruere. Romanos quidem conſtat nonnullas colonias ciuitate donaſſe: his autem temporibus nulla mihi quidem colonia innotuit, hac quae gaudeat immunitate. Multus iam eſſe poſſem in percenſendis commodis, quae ex hoc ciuitatis iure ad incolas perueniunt: niſi anguſtum mihi relictum ad reliqua ſpatium vela me contrahere iuberet.

§. XXXVII.

Properamus igitur ad tertiam Georgiae praeſtantiam, quae in eo collocatur, quod huius vnius coloniae adminiſtratio vniuerſo SAPIENTISSIMORVM SPLENDIDISSIMORVMQVE VIRORVM collegio ſit demandata. Id quod certe nulla ſibi colonia poteſt ſumere. Batauorum in Aſia colonias ſi mihi obiicias, quod ad has etiam adminiſtrandas peculiare ſit collegium conſtitutum: memineris, longe aliam eſſe vtriusque collegii rationem. Illud regendis vniuerſis ** Aſiae coloniis, quarum haud exiguus numerus, eſt praefectum: huius officium eſt, vt vnius Georgiae procuret ſalutem. Illius praeſertim eſt, commercia ſola promouere: huius inprimis, pauperum eorumque, qui ob puriorem religionis cultum patria pulſi ſunt, curam gerere. In illud nemo adſciſcitur, niſi qui certam pecuniae ſummam in commune mercatoriae ſocietatis Indicae orientalis aerarium contulerit, atque hinc fructum lucri percipiat: PRAEFECTI contra coloniae Georgianae omnis lucri, quod ex ea prouenit, ſe expertes eſſe ipſi voluerunt. Quod ſi quis autem ingentes curas ſine vlla ſpe lucri ſuapte ſponte in ſe deriuat: is ſane ſolo in rem publicam amore, ad promouendam multorum hominum ſalutem, duci exiſtimandus eſt: cum illi plerumque, qui lucrum ex prouincia ſua ſperant, proprium ſolum ſpectent commodum. Quam vero ſalubriora ſunt ea conſilia, quae ex amore erga a-

 lios

* *Neueſte Nachricht von Georgien p. 60.*
** *Conf. Gundlings Europ. Staaten T. I. c. V. §. 38. p. 838.*



lios proficiſcuntur, quam quae priuatum cuiusque commodum ſuggerit? Quam in rem huius coloniae tam breui tamque periculoſo tempore incrementum, quod ſatis luculentum eſt, de PRAEFECTORVM cura perpetua, ſtudio indefeſſo, optimisque conſiliis egregium praebet teſtimonium.

§. XXXVIII.

Illi ipſi vero ſocietati, cui cura regendae Georgiae tradita eſt, ab Anglis hoc inditum nominis * eſt: THE COMMON COVNCIL OF THE TRVSTEES OF THE COLONY OF GEORGIA IN AMERICA, quod latine ita reddideris: *Commune concilium curatorum coloniae Georgianae in America.* Haec conſtat ex MAGNATIBVS, & PROCERIBVS anglici regni, EPISCOPIS, EQVITIBVS, aliisque, qui ad vnum omnes ſingularis ſapientiae prudentiaeque laude feruntur. ** Nouem eorum delecti, vt conſiliarii, quotquot hebdomadibus ad minimum coeunt, & de promouenda Georgiae ſalute conſilia conferunt. Quotannis ſingula huius ſocietatis membra Londini praeſentia de rebus Georgianis in commune conſulunt, & in ſuum ordinem nouos adlegunt ſocios. Data quoque eſt illi collegio poteſtas ex Anglicorum ciuium opibus donaria ad publicos coloniae Georgianae vſus petendi & colligendi: quanquam etiam VTERQVE REGNI SENATVS iam multa millia nummorum aureorum hunc in finem ſponte illis largitus eſt.

§. XXXIX.

Deo quoque opitulante, omniaque cautius adcurante hoc PRAEFECTORVM collegio ſapientiſſimo, factum eſt, vt quindecim annis, etiam inter tubarum clangores armorumque ſtrepitus, tantum incrementi haec colonia ceperit, vt multae iam vrbes in ea recens exſtructae conſpiciantur, quarum caput eſt *Savannah.* *** His accedit *Auguſta*,

---

* Vel etiam: Truſtées fort Eſtablishing the Colony of Georgia in America.

** *Conf. Neueſte Nachricht von Georgien p. 15. Dieſer hochanſehnlichen Societaet, oder Geſellſchafft vvurde von Seiner Groſs-Britanniſchen Majeſtaet im Monat Junio 1732. ein, von dem Parlament hernach beſtaettigtes, auf Engliſches ſo genanntes Charter, oder Privilegium, verliehen, vermöge vveſſen dieſen getreuen Vorſtehern, und ihren Nachfolgern, die völlige Regierung dieſer vveitlaeuftigen Provinz Georgien anvertrauet vvird.*

*** *Neueſte Nachricht von Georgien p. 20. & 21. Die Haupt-Stadt an dem Ufer des Savannah-Fluſſes iſt ſehr vveitläuftig und regulair ausgeſtecket. In dem Anbau dieſer Stadt iſt*

gusta, * *Ebenezer*, *Iosephi vrbs*, ** *Darien*, *** *Frederica*, * *castellum S. Andreae*, *Purisburg*, ** *Oldfort*: *castellum Argyle*, *Palachocolas*, cum nonnullis vicis, vt *Aberkornia* & reliquis.

§. XXXX.

Cum vero nulla sine legibus res publica sarta, quod aiunt, tectaque manet: haec & ipsa lapsum esset ruinamque minatura, nisi eius salus esset legibus firmata; quas vt percenseamus non tempus fert & spatium. Lectorem ad *commentaria rerum Salisburgensium*, *&* *nouissimam Georgiae descriptionem* ablegabo, in quibus adcurate perscriptum est, & quibus legibus coloni vtantur, & quantum quisque agri acceperit. Eam tamen vnam legem, qua cautum est, mancipia ne vlla in hanc coloniam introducantur, silentio praeterire nequeo, cuius ratio ex ipsa coloniae constitutione repetenda. Condita quippe est, vt pau-

 peres

ist auch schon so vveit fortgefahren vvorden, dass man bereits etliche nach der Schnur gezogene schöne breite Strassen mit Haeusern besetzt siehet, vvelche alle nach einer Form, Simetrie und Gleichheit auch nach der Landes-Beschaffenheit sehr vvohl gebauet sind. Die Anzahl dieser Haeuser belaeuft sich auch schon auf etlich hunderte, die mit neuen Gebaeuden immer taeglich vermehret vvird. Wie dann eine Kirche, der Key zu Landung der Güter, und die Vestungs-Werke schon vollendet sind. Es ist auch hier eine Canzeley-Stuben oder Amt aufgerichtet vvorden, die aus drey Amtleuten und einem Registrator bestehet, vvoselbst alle 6. Wochen Gericht gehalten vvird. Es ist zu vervvundern, vvie volkreich diese Stadt allschon ist, in Ansehung der geringen Zeit da solche angeleget vvorden. Sie liegt etvva 10. Englische Meilen von der See ab, auf einem hohen Grund, und in einem 5. bis 6. Englische Meilen in das Land hinein und ohngefaehr eine Englische Meile laengst dem Fluss hin lustig und fruchtbaren Lande, auch einer sehr angenehmen Gegend und gesunden Ort. Das Wasser des vor der Stadt über 1000. Fuss vveiten Flusses, ist frisch, und an den Seiten der Hüglen entspringen Brunnquellen. Schiffe die 12. Fuss Wasser ziehen, können innerhalb 10. Ruthen vor der Bank vor Anker liegen. Gegen der Stadt über ist eine Insul von sehr fruchtbarem Weidelande, vvorauf eine grosse Menge Viehes unterhalten vverden kan.

* *Britisches Reich in America T. I. p. 671. Sie lieget in einem lustigen und fruchtbaren Lande, da ein Acker Grundes bey nahe 30. Scheffel Indianisches Korn herfür bringet. Und das letzte Jahr vvurden 100000. Lasten Haeute hervor gebracht.*

** *Ist angelegt von einer Colonie Schottlaender. Neueste Nachr. von Georgien.*

*** *Ebenfalls von Schottlaendern angelegt, l. c. p. 24.*

* *Das Fort Frederica auf der Insul S. Simon, ist eine regulaire Festung, mit vier Bastionen, und einem Graben, vvie auch mit einigen Aussenvverken umgeben, die mit Ceder-Pallisaden rund herum besetzt, und die Waelle mit Rasen bedecket sind. Hinter dem Fort ist eine Stadt angelegt, und daselbst der Grund ordentlich eingetheilt. Es giebt nun auch verschiedene Doerfer auf dieser Insul St. Simon; und die Stadt Frederica ist gar sehr verbessert vvorden, l. c. p. 24. & 25.*

** *Ebenezerische Nachrichten T. I. p. 143.*

peres victum sibi in ea possint parare, quem vero mancipia ob vile pretium, quo labor illorum constat, his saepius praeripiunt. Sapientissimum igitur hoc fuit PRAEFECTORVM coloniae consilium, vt iteratis etiam precibus ab hominibus, qui id potius intuentur, quod sibi, quam quod vniuersis vtile sit, solicitati, mancipiorum * tamen, in hanc coloniam introducendorum, copiam nemini fecerint, eique legi perpetuam vim atque auctoritatem esse sanciuerint.

§. XXXXI.

At enim dixerit fortasse quispiam, haud quidem inficiandum, Georgianam coloniam summa, quae nunc adhibetur, cura ita perfici posse, vt nulli sit secunda: verendum autem, ne quando Angli in ea curanda euadant remissiores. Qui vero ita arguit, is velim consideret, quantum emolumentum ex coloniis ad Anglos redeat; quanta cura, quantaque industria nullo non tempore colonias condiderint, conditasque conseruauerint, amplificauerint, perfecerint; qua constantia Indorum, qui in colonias incursiones fecerant, vim iniuriamque propulsauerint, neque his incursionibus deterriti fuerint, quin, veteribus colonis ab Indis internecione deletis, nouos semper in colonias mitterent; quae animorum fuerit peruicacia colonias ab hoste captas armis recuperandi, aliasque hosti iam ereptas retinendi, quarum rerum exempla sunt in promptu; vt de Insula, quae a *prouidentia* ** nomen habet, constat, ad quam restituendam Galli sunt armis coacti. Quomodo promontorium Breton, Gallis armorum vi ereptum, curae illis cordique sit, praesente bello cognoscitur. Quare cum Anglos minime fugiat, quanta commoda ex Georgianis possint commerciis capere: ingenium eorum prius, necesse sit, mutetur, quam omnem Georgiae curam abiiciant. Quid? quod Angli, etsi vel maxime commerciorum anglicanorum nullam essent amplius rationem

---

* Taceo turbas saepius a mancipiis motas. Carolina nobis exemplum eius praebet. *Ebenezerische Nachrichten T. II. p. 44. Iezt ist man in Carolina in Unruhe und vieler Besorgnis, da sich bey 60. Negroes zusammen rottiret, einige Leute todt geschlagen, und in den Wald, und vielleicht gar zu den Spaniern gelaufen sind. Porro l. c. p. 227. Sr. Excellenz der Herr General Oglethorpe liess Flinten, etwas Pulver und Bley hier (nemlich zu Ebenezer); weil eine Anzahl Mohren-Sclaven in Carolina die Waffen ergriffen, viele Haeuser angezündet, geplündert und die Leute erschlagen haben, und ist zu sorgen, dass sie über den Savannah-Fluss auch in diese Colonie kommen.*

** *Conf. Gundlings Europ. Staaten T. I. p. 627.*

nem habituri: propterea tamen neglectus huius non est coloniae metuendus, quia apprime facit ad ceteras colonias, ab incursionibus hostium defendendas; cum quidem irreparabile damnum Anglis ex eo nasceretur, si haec colonia in hostium veniret potestatem. Mitto, quod SOCIETATEM illam splendidissimam, quae hoc consilio a rege constituta est & confirmata, vt quouis modo Georgiae commoda proveheret, antea dissolui & cessare necesse sit, quam de Georgiae interitu vllus sit metus. Quod priusquam eueniat, praesens Angliae status immutari, quin penitus euerti debet. Eo accedit diuina prouidentia, quae saluti Georgiae hactenus inuigilauit, & deinceps quoque inuigilabit: cum haec colonia ad gloriam Dei, atque promouendam multorum hominum & aeternam & temporalem salutem sit condita. Quae omnia incrementi spem subministrant indubitatam.

§. XXXXII.

Ea, quae antea diximus, regiminis modum in Georgia Beneuolo Lectori ante oculos posuere. Iam etiam de rebus in illa colonia gestis quaedam, breuissime tamen, commemorabo. Prima eius coloniae fundamenta iecit Eques atque Praefectus IACOBVS OGLETHORPIVS, qui missus in Georgiam mense Febr. CIƆIƆCCXXXIII. eius metropolin, cui Sauannah nomen dedit, condere inceperat. Hanc exceperunt aliae, quarum iam ante mentionem feci. Inprimis vero hanc coloniam ab hostili impetu tutam reddere duplici ratione studuerunt PRAEFECTI. Primo foedera inierunt cum Indis vniuersis, qui in Georgia habitant: deinde exstruxerunt complura per totam coloniam castella. Neque hoc consilium eos fefellit. Indi enim, Anglis in Carolina habitantibus antea infensissimi, multa deinde firmae amicitiae indicia huic dedere coloniae. Castella vero colonis, cum hostilem in hanc coloniam impetum Hispani minarentur, magno fuerunt praesidio, vt omni spe redigendae in suam ditionem Georgiae deiecti fuerint Hispani. Quas eorum spes ingentes cum fortuna destituerit: id sane est eiusmodi, vt diuina ex eo prouidentia quam maxime eluceat; quae tanta virtute prudentiaque pectus fortissimi Praefecti OGLETHORPII muniuit, vt exiguis copiis decemplicem * maiorem hostium numerum non solum adortus fuerit,

 sed

* Quod ad hostilem Hispanorum in Georgiam impetum adtinet: quaedam ex literis ab ipso Equite Oglethorpio scriptis excerpere non abs re esse credidimus. *Ebenezerische Nachrichten T. II. p. 1261. GOtt hat durch Offenbahrung seiner Vorsehung uns befreyet von der Hand der Spanier.* Die-

ſed etiam profligauerit. Quo factum eſt, vt ne nunc quidem hanc adgredi coloniam auſi Hiſpani fuerint.

§. XXXXIII.

Hae quidem res, de quibus iam dixi, vniuerſam coloniam adtingunt. Sed cum ſua quaeque ciuitas fata experta eſt: vereor, ne iuſto ſim prolixior, ea ſi enumerem percenſendo. Qua propter in vna, breuiſſime eius fata expoſiturus, haerebo. Illa eſt Salisburgenſium Ebenezer. Antea iam indicaui, eam vrbem in amoeniſſima* regione ſitam fuiſſe.

Dieſelben kamen mit 14. Seegeln von kleinen Galeeren und andern verborgenen Anſchlaegen in den Cumberland-Sund; aber Furcht und Schrecken vom Herrn kam auf ſie, und ſie flohen. Auch kamen die Spanier mit einer andern maechtigen Flotte von 36. Schiffen und Fahrzeugen in den Deckyly-Sund, und vvurden nach einem ſcharfen Gefechte Meiſter davon, da vvir nur 4. Fahrzeuge hatten, ſie ihrer ganzen Macht entgegen zu ſetzen. Aber GOtt vvar der Schild unſerer Leute: ſintemal in einem ſo ungleichen Gefechte, vvelches vvir beherzt eine Zeit von 4. Stunden aushielten, nicht einer der unſrigen getoedtet vvurde, ob ſchon viele von ihnen verlohren giengen, und 5. durch einen Schuſs getoedtet vvurden. Sie landeten mit 4500. Mann auf dieſer Inſul nach der Auſſage der Gefangenen, ja ſelbſt der Engellaender, die ihnen entvviſcheten. Die erſte Partey marſchirte durch die Waelder nach dieſer Stadt (Frederica) heran, und vvar im Geſichte derſelben, als GOtt ſie einer geringen Anzahl der unſrigen in die Haende lieferte. Sie fochten, und vvurden zerſtreuet und flohen. Eine andere Parthey, die jene unterſtuzete, fochte auch, aber vvurde bald zerſtreuet. Wir moegen mit Wahrheit ſagen, daſs die Hand des Herrn für uns gefochten, dann in den zvvey Scharmüzeln, ſind mehr denn 500. geflohen vor 50. und doch fochten die Feinde eine Zeitlang tapfer, und feuerten ſonderlich ihre Grenadiers mit groſſem Muth; aber ihr Schieſſen that keinen Schaden, ſo gar, daſs damals nicht ein einiger von uns getoedtet vvurde, ſondern die Feinde vvurden in Unordnung gebracht, und mit groſſem Verluſt verfolget, alſo daſs nach der Erzehlung der ſeit dem gefangen genommenen Spanier über 200. in ihr Lager nicht vvieder gekommen ſind. Sie kamen auch mit ihren andern Galeeren herauf gegen dieſe Stadt, und zogen ſich vvieder zurück, ohne einmal einen Schuſs zu thun, alsdann kam eine Furcht auf ſie, und ſie flohen, nachdem ſie einige Canonen, und viel andere Sachen, die ſie gevvonnen hatten, zurük gelaſſen. 28. Seegel griffen das Fort William an, in vvelchem nur 50. Mann vvaren, und nach einem dreyſtündigen Gefecht giengen ſie davon und verlieſſen die Provinz, indem ſie bis St. John'ns verfolget vvorden ſind, daß alſo bey dieſer ganzen Expedition und groſſen Krieges-Rüſtung der Spanier, nicht mehr denn 2. der unſrigen ſind gefangen und getoedtet vvorden. Derohalben moegen vvir vvohl mit Wahrheit ſagen, daſs der Herr groſſe Dinge an uns gethan, der uns errettet hat aus der Hand eines zahlreichen Feindes, als vvelcher uns ſchon in ſeinen Gedanken verſchlungen hatte, und ſich rühmete, daſs ſie uns peinigen und verbrennen vvollten. & p. 1263. nec non 1264. Der gedachte Officier, der mir diſs überbrachte, erzehlte, daſs die Spaniſche Soldaten Ablaſs-Briefe für ihre Sünden auf 7. Iahr vom Pabſt bey ſich gehabt, vvenn ſie nur die Ketzer übervvinden, toedten und verbrennen vvollten. Sie haben eine groſſe Menge Hand-Fuſs- und Hals-Eiſen bey ſich gehabt, die Gefangenen darein zu legen; denn der Sieg iſt ihnen ihrer Meinung nach ſchon gevviſs gevveſen, und ſie haben die Einvvohner dieſer Colonie lebendig greiffen vvollen.

* *Ebenezeriſche Nachricht T. I. p. 80. Ich ervvehlte zu Anlegung Ebenezers einen Platz*

fuiſſe. Sed tempus poſtea docuit, eandem ad agriculturam * nimis eſſe aquoſam, licet ad paſcendum pecus apprime faceret. Quare ob eam cauſam Salisburgenſes, quamuis multas iam caſas quatuorque domus ibi aedificauerant, poſtquam nouus illis condendae vrbis locus deſignatus erat, facta copia, relictis veteribus ſedibus, in quibus per duorum annorum ſpatium habitauerant, nouam condidere vrbem, quam, vt a vetere diſtinguerent, *nouam Ebenezer* adpellauerunt. Cuius nouae vrbis dum fundamenta iaciebantur: ſufficiens illis ager, isque fertiliſſimus diſtribuebatur, in quem colendum omnem poſtea curam operamque contulerant Salisburgenſes. Quo factum eſt, vt non alimenta ſolum ex fundis ceperint, ſed relictum etiam fuerit, quod aliis venderent.

§. XXXXIV.

Id quod eo magis mirandum, cum inter colendum agrum publica quoque aedificia exſtruere non ceſſauerint. Primum inter illa erat orphanotropheum, in quod viduae, orphani aliique pauperes Salisburgenſium recipiebantur. Hoc deinde aedificio per longum temporis ſpatium vſi pro templo ſunt. Statim ab initio, hominum plusquam viginti in illo alebantur: aucto vero quotannis numero, vt aedes facerent ampliores, neceſſe fuit. Templa deinde, alterum in vrbe, in rure alterum aedificauere, ac priori ab Hieroſolymis, poſteriori a monte Zion nomen dederunt. Molas porro conſtruxerunt ad diuerſos vſus, duas quidem ad molendum in iis frumentum, & oryzam contundendam: quarum vna vtuntur, cum vberior adeſt aquae copia, altera, cum eius eſt penuria. Praeter has duas, tertiam quoque condiderunt, in quibus arbores in aſſeres laminasque ſcinduntur, cum ad aedificandum, tum ad vendendum. Ne dicam de pontibus exſtructis; de viis publicis munitis; de aggeribus in littore rapiditati fluminis agminibusque fluctuum obiectis; vel aliis in publicum vſum exſtructis aedificiis. Accedit eo, quod vnusquisque pater familias proprium ſibi & in vrbe, & in agris exſtruxerit domicilium. **

§. XXXXV.

Platz 21. *Meilen von Savannah-Stadt, und* 30. *Meilen von der See, vvo Flüſſe, kleine Hügel, klare Baeche, kalte Springquellen und viel Graſs befindlich.*

* *Ebenezeriſche* Nachrichten *T. I. p.* 2003. & 2004.

** Qui adcuratiſſimam de iis omnibus notitiam deſiderat, legat die Ebenezeriſchen Nachrichten.

§. XXXXV.

Quae omnia duodecim annorum ſpatio condita eſſe, omni materia ab ipſis demum incolis adportata atque praeparata, ſi quis animo rite perpenderit: non poteſt non incrementa rerum Salisburgenſium in America vehementer mirari, auxiliumque diuinum ipſis praeſentiſſimum agnoſcere. Multo autem illa maiora fuiſſent futura, niſi remora nonnunquam fuiſſet iniecta. Prima fuit vrbis ſitus in terra paluſtri, vbi arua colonorum votis non reſpondebant. Nam cum duobus poſt annis nouam condere vrbem inceperant, cultis noualibus deſertis: prius temporis ſpatium omne, omnisque opera ſuperior fruſtra fuit inſumta ceciditque incaſſum. Primis quoque annis plerique omnes Salisburgenſes de ſuis negotiis diu lentis ſunt febriculis detenti. Praeterea cum nouam condere vrbem coeperant: multum temporis praeterlapſum eſt, donec ager iis diuideretur. Tum etiam inexpertos ſaepe ſpes ſementis, intempeſtiuo tempore factae, fruſtrata eſt. Poſtea cum non eſſet, qui illis commonſtraret, quomodo ſericum parari, vitesque ſeri debeant & coli: omnia tentando docilis tandem ſolertia vicit, & inpoſterum vincet. Quae ipſa ratio eſt, quam ob rem nonnullis iam rebus, prae ceteris Georgianis, abundent Salisburgenſes. Cumprimis autem Diuino muneri plurimorumque liberalitati benefactorum acceptum id quoque referendum eſt, quod ex compluribus regnis, praecipue vero ex Germania innumera fere beneficia in Salisburgenſes collata fuerint. Ex eo enim tempore, quo in Georgia conſederunt, illis florenorum multa millia trans mare miſſa ſunt ſubſidio. Incredibilis enim ardor benefaciendique ſtudium in plerisque benefactoribus iterum iterumque dando adeo non reſtinguebatur, vt quauis potius oblata occaſione magis magisque inflammaretur. Dona iam larga manu conferebant ad exſtruendum orphanotropheum, alendosque in eo homines; iam ad templum in oppido alterum, alterum extra illud exaedificandum; iam ad conſtruendas molas; iam vero etiam ad quaeuis alia opera cum publica tum priuata. Quam quidem munificentiam atque incredibile in ſe ſtudium ſtudio Salisburgenſes ſempiterno memorique & grato aeque in Deum ac benefactores animo colunt, horumque in ſe meritorum tantam eſſe magnitudinem ingenue fatentur libenterque, exaequari vt nulla grata animi ſignificatione poſſit: etſi illi quidem tam publice quam priuatim Deo pro be-

nefa-

nefactoribus supplicent suis, quibus quotidie fausta quaeque precantur. Praeter ea vero inter singularia diuinae prouidentiae, pro salute & securitate rerum Salisburgensium perpetuo excubantis & vigilantis, documenta praecipuum habetur & illud ipsum, quod, per multos iam annos & terra & mari flagrante Anglos inter & Hispanos bello, compluribusque anglicanis nauibus ab hostibus captis, sit ne vlla quidem ab his intercerpta, quae cistas muneribus onustas in Georgiam supportabat Salisburgensibus: cum quidem vna vel complures donis refertae, vsuique & necessitatibus Salisburgensium subuenientes, quouis fere anno eo mittantur. Et cum nondum adeo lautae sint res Salisburgensium, vt non aliorum ope indigeant & beneficiis; praetereaque, ad quam erigimur spem mercaturae, vnde victum & amictum aliaque necessaria sibi comparare possint, illa longe adhuc absit; nuperrime etiam fortuna eos grauiter concusserit, quod quidam veterator, amplissima spe facta quaestuosissimae mercaturae, de asseribus ad Iamaicenses & Barbadoenses faciendae, iis in mola iam sectis, clam se subduxit, vnde haud leue damnum res fecere Salisburgensium: spes nostra omnis reposita in Deo est, qui eam benefactoribus mentem iniicere velit, vt hanc Salisburgensium calamitatem sua iterum leuent munificentia, certo persuasi, se, quae in eos conferunt beneficia, eadem a Deo recepturos, aut maiora; id quod in votis habemus optatisque quam maxime.

§. XXXXVI.

Et haec fere sunt, quae ad res ciuiles Salisburgensium in Georgia spectant: sed de ecclesiasticis etiam eorum dicere nonnihil adtinet. Georgiae in coloniam mutatio ad puriorem Dei cultum, inter Indos diuulgandum, haud parum confert. Initio statim, cum Angli hanc coloniam condere inceperant, rex quidam Indorum, nomine Tomo Cachi, cum Equite OGLETHORPIO in Angliam profectus, petiit, vt ipse cum gente sua scientiis, artibus, & religione Anglorum, diuini adeo numinis cultu erudiretur: votis autem hactenus non omnino respondit successus, quia hoc negotium plurimis implicitum est difficultatibus. Primum inter eas locum tenet singulare sermonis genus, quod non nisi difficillime * potest addisci. Interea tamen PRAEFECTI

* *EbenEzerische Nachr. T. I. p.* 282.

Georgiae ſemper noua *conſilia* * ineunt, animos eorum doctrina chriſtiana imbuendi. Etſi etiam euentus non vbique par eſt conſiliis: tamen, quae Dei eſt gratia, non omnis eſt irritus conatus, & ſpes felicioris aliquando ſucceſſus haud tenuis oſtenditur, praeſertim cum inuiſum antea Indis chriſtianorum nomen, ſpectata morum, quibus multi colonorum, in his praecipue Salisburgenſes, illis praelucent, probitas plurimum commendet. In noua Anglia Indorum ad chriſtianam religionem conuerſio haud infrequens eſt, quamuis initio conditae coloniae perexigua illius ſpes fuerit. Nec vi coacti, ſed vltro ſupplices venere rogatum, vt chriſtianae religionis inſtruerentur praeceptis. Pari ratione ſparſum quoque in Georgia ſemen chriſtianae religionis etſi nondum in ſegetem effloreſcit: in diuina tamen ope ſpem propoſitam habeo foecundiſſimi euentus.

§. XXXXVII.

Quod ad reliquum ſtatum Georgiae eccleſiaſticum adtinet: huius etiam intuitu nulli certe coloniae cedit Georgia. Huius enim PRAEFECTI, SOCIETASQVE DE PROMOVENDA COGNITIONE CHRISTI, cuius opera hac in re non ſatis laudari poteſt, omnem curam adhibuerunt, vt datis praeconibus verbi diuini, cum a caeleſti doctrina egregie inſtructis, tum vitae ſanctimonia ſingulari conſpicuis, animarum recte conſuleretur ſaluti: id quod factum, & adhuc fit quotidie. Teſtantur id ipſum Salisburgenſium frequentes in Europam miſſae litterae, in quibus, quas poſſunt, maximas Deo gratias agunt, quod ipſis interpretes verbi diuini pios ſapienteſque, quibus cum animarum inprimis ſalus, tum vero etiam res ciuiles curae ſunt cordique, largitus fuerit. Quae cura efficit, vt iam Salisburgenſes documenta dent pietatis ſingularis, aliique nonnulli coetus chriſtiani inſpicere in mores illorum poſſint, tanquam in ſpeculum. Diſciplina eccleſiaſtica in hoc coetu quam maxime viget: quippe execratores, gurgites atque helluones, & quotquot vino ſe obruunt, vel quocunque alio modo apertum committunt flagitium, aut ſua peruerſitate offenſionem praebent, publice redarguuntur, quin imo etiam pro re nata a ſacra Coena arcentur, neque prius

* *Conf. Ebenezeriſche Nachrichten T. II. p.* 1142. *Die Herrn Truſtées ſind noch immer beſorgt, denen Heyden, vvelche in der Engellaender Freundſchaft ſtehen, Gelegenheit zur Erkaentnis Chriſti des Welt Heylandes zu geben, um desvvillen Sie bey Col. Stephens und Mſr. Iones in Savannah vor kurzem vvieder um einige Vorſchlaege ihre gute Abſicht zum Zvvek zu bringen, anfragen laſſen.*

prius illis, quam ad meliorem frugem redierint, ſacri huius pabuli iterum vſus conceditur. Ceterum ſacri eorum oratores quotidie ad eos verba de rebus diuinis vel publice vel priuatim facere nunquam intermittunt. Vnde fit, vt in hac ſolitudine Salisburgenſes multo ſe feliciores praedicent, quam ſi in patria deliciis adfluerent omnibus, praeconesque ſuos amore ſingulari proſequantur; quem etiam poſt obitum alterius, ISRAEL CHRISTIANVS GRONAV dicti, qui anno MDCCXXXXV. ex hac vita ad ſempiternam lucem exceſſit, ita teſtatum fecere, vt accepto de eius morte nuntio nemo eſſet, qui in queſtus ſe flebiles non profunderet. Illius in locum ſuffectus eſt HERMANNVS HENRICVS LEMKENIVS, qui probitate, virtute ac religione demortuo non ſecundus, IOANNI MARTINO BOLZIO, intelligentia ſacrarum litterarum & ſapientia praedito ſingulari, collega datus eſt. Hic cum adhuc in Germania commoraretur: ſaepius imbecillitate corporis tentabatur. Iam vero negotiorum mole obrutus (quippe ſacrorum antiſtitis ſimul & magiſtratus * munere praeclare fungitur) valetudine vtitur integra: ex quo ſingularem Dei prouidentiam, quae vitae ipſius conſulit, licet cognoſcere. Huic enim, a ſummis coloniae PRAEFECTIS ſi diſceſſeris, fere vni debetur, quod ex ſexcentis difficultatibus & moleſtiis, quibus conflictabatur, eluctatus diuinoque fretus auxilio res maxime arduas, de quibus vix alter niſi deſperabundus cogitauiſſet, pro ſalute & commodo Salisburgenſium & ſuſcepit, & perfecit. Quare iſtud vere in eum accidit, quod de Ioſepho in ſacris litteris dicitur: *Omne quod incepit, bene feliciterque ceſſit.*

§. XXXXVIII.

Neque ſilentio illa praeteriri debet cura, quam pro ſalute Germanorum in vrbe Frederica illuſtris Eques & Praefectus geſſit IACOBVS OGLETHORPIVS. Idem enim ille, cui Georgiae etiam ſalus maxime cordi eſt, quique pro eius commodo nullum laborem periculumque in bellis, cum Hiſpanis feliciſſimo euentu in Georgia geſtis, ſubterfugit, propriis impenſis oraculorum diuinorum interpretem, cui nomen fuit DRIESLERO, Germanis Fredericae habentibus & inſtauratae a Luthero religioni addictis aluit. Qui poſtquam nihil in hoc munere ſacro obeundo officii, nihil diligen-

 tiae

* *Conf. Ebenezeriſche Nachrichten T. II. p. 1799. Vom Herren General Oglethorpn empfieng ich vor 3. Tagen einen und zugleich gar freundlichen Brief, darinn er mich durch mancherley Argumenta zu bevvegen ſucht, mich nicht, vvie in Willens vvar, der aeuſſerlichen Geſchaefte und des richterlichen Amtes zu entſchlagen, ſondern dieſe Laſt ferner zu tragee.*



tiae desiderari passus est: sub finem superioris anni rebus humanis ereptus ad Deum excessit.

§. XXXXIX.

Praeter ea illud quoque orphanotropheum a praecone quodam verbi diuini, WHITEFIELD dicto, in Georgia conditum memoratu est dignissimum. Ille enim, conspecta liberorum in Georgia, vel parentibus orborum, vel eorum ope destitutorum, multitudine, stipe corrogata, orphanotropheum * condidit, in quod eiusmodi liberos recepit, quibus nonnullos Indorum adiunxit. Neque parum hucusque incrementi hoc orphanotropheum cepit: Deoque bene opitulante, cum & eius honos & pauperum salus in eo vertatur, plura etiam postero tempore capiet.

§. L.

Sed satis iam, quantum per ingenii mei fieri potuit imbecillitatem, a me dictum esto de praestantia Georgiae. Nil superest, praeter quam vt pro perpetuo huius coloniae incremento, omnium colonorum, praecipue Salisburgensium, sempiterna salute, & pro diuulgatione euangelii inter Indos, inprimis autem pro summa felicitate GENEROSISSIMORVM ET PRAECLARISSIMORVM huic coloniae PRAEFECTORVM, vniuersaeque SOCIETATIS, A PROMOVENDA CHRISTI COGNITIONE dictae, nostra nunc vota Deo nuncupemus. Eueniat his singulis vniuersisque diuina praedictio, quae extat Deut. cap. XXVIII. v. 3, 4, 5, 10, 11, 12, 13. „Felices „eritis in vrbe, felices ruri, felices erunt vestrorum vterorum, soli, pe„coris fructus, tum armentorum tum gregum balantum foetura. Felicia „canistra & mactrae; felices eritis aduenientes; felices proficiscentes. „Atque ita ante vos dissipabit Ioua hostes vestros, qui vos adorientur, „vt vna via vos adgressi septem viis ante vos fugiant. Aperiet vobis „suorum bonorum thesaurum, caelum; in vestramque terram pluuiam „suo tempore immittet, & omnia vestra opera prosperabit, & multis gen„tibus mutuabitis, neque ipsi mutuabimini; efficietque vos caput, non „caudam; superioresque, non inferiores eritis, si modo obtemperabitis „Dei vestri Iouae praeceptioni, quam vt exequi curetis, ego „vobis hodie praecipio.„

* *Conf. Ebenezerische Nachrichten T. II. p. 1991. Es praesentiret sich das Waysenhaus inn- und auswendig als ein Fürstlich Schloss, und geniessen die Einwohner darinn viele Commoditaet. Es wird auch hier GOttes Wort und Gebet fleissig geübt.*